ipse hoc solum adducit in excusationem, quodd erat ignotus patri pupillorum: nunquid ratione talis excusationis ab onere administrationis liberatur? Respō. Imperat. quodd nō. Nam diui fratres rescripserunt non esse admittendam excusationem eius, qui habet solum pro ratione, quodd patri pupillorum ignotus fuerit. Item si aliquis exercuerit capitales inimicitias cum patre pupillorum, nec postea reconciliatio interuenit: poterit se ab onere tutelæ vel curæ excusare. ratio iuris est. Et si aliquis status quæstionem à patre pupillorum passus fuerit, vel si ille quæstionem status moueat: in vitroque casu locum habet excusatio. Et hoc dicit vsque ad. §. item maior. lxx. Franciscus de Arer.

e Inimicitias. vt quia i- deo eum dedit tutorem, vt debitis supponatur, & à pupillo veteretur. Et no. quodd tribus casibus excusat inimicitia: vt si expresserit vt dictum est, vt hic. Item & quādo interuenit post testamentum. Item & secundum quosdam etiam quando ante testamentum: si tamen fuit capitale certamen. In quarto casu non: vt si ante testa- mentum facta fuit, & non capitalis: quia videtur remississe ex quo in testamento dedit tutorem: vt. ff. eod. leg. athletæ. §. dat remissionem. prout est ibi in litera prius: vt & infra eodem. §. inimicitie. Accursius.

f Promiserunt. licet aliās habeant excusationem: vt hic, & ff. de testa. tu. l. ex sententia. in fin. & hoc vbi promisit, vel sic se iactauit. Quid autem si in testamento se tutorem scripsit? Respond. non erit tutor, nisi vel euidenter idoneus appareat, vel pater eum confirmauerit: vt in dicta. l. ex sententia. & tunc de cætero erit tutor: vt. ff. ad leg. Cornel. de fal. l. vxori. §. j. Accursius.

g Ignotus. sed is excusatur, qui ibi domicilium nō habet, vbi datus est: vt. ff. eo. l. si. in fin. A D D I T I O. Quod est verum secundum Angel. si ibi constituerit domicilium: aliās autem non est opus excusatione: cum à iudice dari non possit: vt est glo. in. l. neque. C. qui da. tuto. poss. Et qua actione teneatur si sponte gessit, & an testis debeat cognoscere contrahentes: vide hic cum determinat quodd sic, si deponant de facto contrahentis.

h Incapitales. capitales accipe, vel quia accusabat eū de aliquo crimine quod ingerebat pœnā capitis, id est status: vel quod ingerebat pœnā sanguinis: vel quia insidiatur vitæ ipsius, secundū Azo. Et not. hic fieri aliquid ratione inimicitie, quodd non fieret aliās. sic. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cū quidam. & l. licet autem. & ff. de lib. cau. l. si pariter. §. quodd si adhuc. Nam inimicus iudex esse non potest: vt. ff. de procur. l. filiusfamilias. §. fi. & l. vel exilio.

i A tutela. vel datua vel legitima. si autem testamentaria, dic vt. §. in glo. vt quia, & c.

k A pupillorum patre. vt quia pater pupillorū quandoq; dixit hūc, quē dat modo tutorē, suum seruū fuisse vel libertū. Istæ enim sunt quæstiones de statu: vt. j. de act. §. præiudiciales. Et est ratio: quia mortis accusationi hæc quæstio adimilatur: vt. ff. quod mer. cau. l. isti quidē. §. j. Idē est contra, si hic mouet quæstionē status ipsi pupillis: vt. ff. e. l. athletæ. §. amplius. Accur. A D D I T I O. Intellige istud verū, si nō studiosē vel per calūniam mouit quæstionem: vt ibi aliās secus: qd facit vt testis nō repellatur à testimonio cōtra eū qui ipsum accusauit vel pcessit studiosē, vt ipsum excluderet: secundū Ang. hic.

[Item maior.] C A S V S. Domine, iam vidi plures modos, quibus tutores vel curato. excusantur: nunquid adhuc poterunt pluribus modis excusari? Respon. quodd sic. quādoque enim accusantur ratione ætatis. nā si maior. lxx. an. tutor vel cura. datus fuerit: ratione ætatis

Inimicitia tribus casibus excusat à tutela.

Inimicitie di- cuntur capi- tales dupli- citer.

etatis se excusare poterit. Et nō solū ratione senectutis, sed etiā ratione minoris etatis secundū iura antiqua excusatio locū habebit. minores enim. xxv. ann. olim ab onere administrationis tutela vel curā excusabatur: hodie verō per cōstitutionē nostrā ad tutelā vel curā administrationē aspirare prohibētur, in tātum videlicet, vt de cetero excusatione op^o nō sit. Nam etsi vellēt, nullo modo admitterētur. In cōstitutione enim nostra expresse cauetur vt nullus pupillus ad tutelā legitimam vocetur, nec adultus. In ciuile enim nobis videtur, eos qui in rebus suis administrādis alieno auxilio egere noscuntur. & sub aliis regūtur: aliorū tutelā & curam subire. Et idē in milite in expeditione militari existente seruādū erit. vt ipse etiā volēs ad tutelā vel curā administrationē nō admittatur. Et hæc dicuntur vsque ad. §. qui autem vult. Fran.

Maiores septuaginta annis, à tutela se excusat: minor viginti quatuor non admittitur. Aret.
Itē maior septuaginta annis, à tutela & cura se potest excusare. Minores autē viginti quinque annis olim quidem excusabatur: nostra autē cōstitutione prohibētur ad tutelā vel curam aspirare, adeo vt nec excusatione opus sit. Quia cōstitutione cauetur, vt nec pupillus ad legitimā tutelam vocetur, nec adultus: cū sit in ciuile, eos qui alieno auxilio in rebus suis administrādis egere noscuntur, & sub aliis regūtur, aliorum tutelam vel curam subire.
Miles militans tutor esse non potest.
Idem & in milite obseruandum est, vt nec volens ad tutelam onus admittatur.
Docentes Grammaticā vel Rhetoricā, vel medicinā, vel Romæ, vel in patria sua, intra numerū deputatū, excusantur à tutela. Aret.
Itē Romæ Grammatici, & Rhe-

cent quadriuium: vt Musicā, Astronomiam, Geometriam, & Arithmeticam, nam nō vidētur habere excusationē: vt. ff. l. Geometrarū. Quid de legum doctoribus? Non excusantur nisi Romæ: vt. ff. eo. l. sed & reprobati. §. fin. & §. penul. vel nisi in cōsiliū principis sint assumpti: vt. ff. eo. l. iuris peritos. Vltra numerū autē vel extra patriam suā nemo excusatur: nisi sint multū disciplinati: vt. ff. eo. l. sed & reprobati. §. amplius. Itē philosophos, qui docēt in naturalibus, constat excusationē habere: vt. ff. eo. l. sed & reprobati. §. amplius.

Plures vacationis causas habēs, si in quarundā probatione deseceris, aliis intra præscriptū à lego tempus vt non prohibetur.

Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probauerit: aliis: vt intra tempora constituta non prohibetur.

Qui se à tutela immunē dicere vult, si intra centū miliaria loco in quo tutor destinatur, cōstitutus sit: excusationis causas intra dies quinquaginta continuos ex quo nouit se tutorē, proponat: quod verò supra ceterum distat, pro singulis viginti milibus vnam diem habet: & extra hos, dies triginta: sic tamen, vt collectis omnibus non minus sint quā quinquaginta dies.

Qui autem excusare se volunt, non appellant: sed intra quinquaginta dies, qui autem excusare se volunt &c. Franc. de Aretino.

Aliis vii. dūmodo in initio omnes proposuerit, secundum quod dantur: aliis non potest: vt. ff. eo. l. scire oportet. §. sufficit. verfic. scire autem. Vel quod verius est secundum Ioan. dic q. illud quod ibi dicit q. similis est ei qui se non excusauit, qui omnes prius non proposuit: verum est quo ad nō nominatas: quia oportet quod adhuc proponat, si non est lapsam tempus: vt hic, & ff. eo. l. propter licem. §. j. & ff. de exceptio. l. nemo. & ff. de transact. l. cū hi. si prator. contra. C. de inoff. testa. l. cōtra maiores. Sed ibi ab initio duas proponere non potuit: quia sibi esset contrarius. & ita verum est.

Tempora, quæ sunt ista tempora, habes. §. proximi.
Qui autem excusare. C. a. s. v. s. Domine, datus fui tutor cuidam pupillo: & ego habebam tres liberos in vrbe, vel quatuor in prouincia, vel quosdam alias excusationes mihi competentes, vnde à datione tutelæ volebam appellare. iudex non admittit appellationem meam. dicatis mihi, quid iuris est in casu isto? Ad hoc respondet Iustinian. Amice, iudex contra te iuste processit. Qui enim ab onere administrationis tutelæ vel curæ se voluerint excusare: ab ipsa datione non debent appellare, imò intra quinquaginta dies continuos connumerandos ex quo nouerunt se datos esse tut. excusationes sibi competentes debent coram iudice proponere, cuiuscunque generis sint, hoc est, siue à testatore, siue à lege, siue à iudice dati exiterint. & hæc sunt vera si intra centesimum miliare à loco in quo dati fuerint, habitent. Alio enim modo faciēda est computatio si ultra centesimum miliare ab eo loco in quo dati fuerant, habitēt. Tunc enim pro singulis viginti miliaribus donec uenerint ad locum in quo dati fuerunt, computabitur eis vnus dies: & cum uenerint ad eundem locum, numero resultanti ex computatione dierum, ex beneficio legis adicietur spatium. xxx. dierum: intra quod poterunt se excusare. Sed tamen vt Scæuola dicebat, in hoc casu si minor numerus ex computatione dierum, & adiectione. xxx. dierum resulter, quā spatium. l. dierum: de æquitate ita erit faciēda computatio, vt illi qui habitant ultra centesimum miliare, ad suas excusationes proponendas nunquam minus habeant quā. l. dies. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. datus autem tutor. Franc. de Aret.

Non appellant. sed contra. ff. de appell. l. cum in vna. §. tutor. Sed sibi appellatum fuit ab ipsa sententia lata contra excusationem. sed ab ipsa datione appellati non potest: vt hic, & ff. quando appellat. §. l. j. §. si quis tutor. Sed in aliis muneribus contra: quia à datione.

Appellati possunt ab in iustione numerum.
 D. iij

Doctor legum an excusatur à tutela

Concor. cum hoc. §. c. pastorali. cum glo. sig. ver. audiat. in prin. extra de except.

Et ut sufficit q. vna p. b. & hæc tempora cōcurrunt etiā si ignorauerit ius sibi cōpetere, se cū lit. doct. hic.

a) Quando autē requiratur annus completus, vel sufficiat cōceptus, vel quando tempus requiratur de momento ad momentum: dic vt ibi per gl. Bar. & doct. Ange.

b) Sed Ia. de Aret. ibi tenet contrarium, & illū text. intelligit in veterano.

Scientiæ triuiales excusantur. Scientiæ quadrivales nō excusant à tut.

sed in alio personali publico munere statutur tēpus. lv. annorū: vt C. qui etate. l. fin. lib. x. Et nota ratione senectutis aliqua fieri, quæ aliā nō fierent: vt hic, & ff. de iu. immu. l. semper. j. respon. & C. de postu. l. prouidendum. Item maior. lxx. A patrimonialibus muneribus, à mixtis, ab honoribus etas nō excusat. Ab honore decurio natus etas. lv. annorū excusat. A muneribus personalibus etas. lxx. annorū, vt in l. b. x. C. latius exponem^o, vulgō perperā legitur. lv. pro. lxx. in. l. iij. C. q. etar. se excut. hæc enim que posuim^o oia *thm* & sunt rata & firma. Cuius *b* Nec excusatione, sed in larga significatione etiā qui prohibentur, excusantur: vt. ff. de postu. l. j. §. in iustitiā. & C. qui morbo. l. vnica. & ff. de tutelis. l. j. §. penul. & §. si. & §. eo. §. penul. & fina. & facit ad hoc, ff. de regu. iur. l. eius est nolle. Accursius.

c Cōstitutione. C. de legit. tute. l. si. & facit. §. de fidu. tut. §. fin. Accur. *d* Subire. facit ad hoc in authen. de san. epil. §. damus autem. ibi, qui enim alios. col. ix. & ff. de edendo. l. si quis ex argentariis. §. prator air. ibi, prohibet. & in glo. vt edatur.

e Idem in milite. i. in militia existēte. focus in veterano: quod dic vt diximus. §. e. itē qui reipublice. Ad hoc autem q. aliquis sit miles, sex sunt necessaria: vt diximus in authen. de mand. princip. §. si. & in l. penul. ff. ex quibus cau. ma. & §. j. de milit. testa. super rubr. **ADDITIO.** Et refert Ange. q. milites nostri tēporis gaudēt priuilegiis, dūmodo in eis sit eadē ratio & causa priuilegij concedendi.

f Nec volens. & ita ipso iure nō tener datio: vt hic, & C. qui. da. tuto. poss. l. militiæ. nisi à cōmilitōe detur: vt. ff. eo. l. propter magistratū. *D* §. si. *b* Aliud in cœlesti milite, vt in clerico, qui admittitur vsque ad quartū gradum: vt in auth. de san. epil. §. presbyteros. col. ix. quā habes. C. de epilco. & cleri. super. l. generaliter. **ADDITIO** Dic q. imò hodie vsque ad decimum gradū, sicut ad successionem, secundum Ioan. de Pla. per. §. si verò neque. in auth. de hered. ab intest. de iure tam en canonico omnis electus vel promorus episcopus & monachi possunt suscipere tutelam ex causa pietatis: quamuis non cogantur nisi in subsidium, & pro miserabilibus personis. lxxxvj. distinct. peruenit. & xxvj. q. j. c. generaliter. in glo. j.

g Grammatici. i. magistri de grammatia. & idem dicas de sequentiibus. Et adiunge his Sophistas, id est Dialecticos: ita vt omnes qui docēt tritium, excusentur: vt hic, & ff. eo. l. si duas. §. j. & hoc si doceat Romæ, vbi est cōmunis patria: vt. ff. ad munic. l. Roma. & hic. Item si in patria sua: vt hic subiicit. Item oportet q. sint intra numerum. habebat enim qualibet ciuitas numerū secundum suā quantitatem, & Grammaticos & Dialecticos, & Rhetores, & Physicos, siue Medicos: ita tamen, q. nulla vltra decem haberet, quibus hanc immunitatē daret: vt. ff. e. l. si duas. §. si. Sed aliud videtur in his qui dō. Instituit.

ne appellatur.vt.C.de appell.l.ubi qui.&C.de tem.&rep.app.l.j.&C.de decur.l.ij.lib.x.

^a Intra quinquaginta dies. ita tamen quod intra quatuor menses cōtinentur isti quinquaginta dies: licet cognouerit se forte datum circa finem quatuor mensium: vt. ff. eod. l. quinquaginta. argumento ei⁹ quod est. ff. ad legem

a) Et hoc ne incidamus in absurdū: videlicet qd pri⁹ prescribatur tēpore cognitionis, scilicet quatuor mēsum, quam propositio nis: scilicet quinquaginta dierum quod non contingit i. d. l. mariti, cū ibi omne tēpus deat ad iniriandū accusatiōes non autē ad perficiendū & sic nō ob iaf. † Inscriptis nostris exē legitur: qd tamē, vt Scæuola dicebat, sic debet computari.

Iuliam de edulce. l. mariti. §. præterea. & hoc secundum quosdam. Vel dic quod hi quatuor mēses currunt à die cognitionis: sicut & quinquaginta: & hoc quantum ad cursum causæ. Sed initium est vsque ad quinquaginta dies: & sic parum ultra duos menses potest hæc causa durare post. l. dies. & sic intelligitur prædicta lex, quinquaginta. Et quod ibi dicit in fine, ex die nominationis, subaudi & cognitionis. ^a aliàs verò regulariter triennio durat lites: vt. C. de iudic. l. properand. in principio.

^b Cognouerunt. Sed nūquid in dubio presumetur eum scire, vel ignorare semper? Responde. videtur quod sepe scire præsumatur, etiam ex die nominationis, saltem ex tunc quando ad eum notitia venire potuit: nisi probet se ignorasse: vt. C. de pericu. tuto. l. si tutor. Sed tamen cōtradico, scilicet vt præsumatur semper eum ignorasse, nisi probetur eius scientia: vt. ff. de administ. tuto. l. hoc autem. & C. qui mili. pos. vel non pos. l. super feruis. in glof. ij. lib. xij. & ff. de probat. l. verius. Nec obstat prædicta. l. si tutor. quia ibi publice erat notum: vnde nec iste tutor potuit ignorare: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. Vel quod dicit ibi, id quod liquidis probationibus ostenditur. l. eo qd non probatur contra, vel aliter vt ibi solet dici.

^c Se excusare. scilicet dando initium excusationis, vt modo diximus & eam redigendo in scriptis per libellum: vt. ff. eo. l. scire oportet. §. oportet autem. non tamen solus libellus hic sufficit, nisi & probet excusationem, quæ ibi continetur: vt. ff. eo. l. excusare. Accursus. ADDITIO. Quod facit vt terminus datus ad opponendum seu excipiendum, intelligatur etiam datus ad opposita seu excepta probandum, secundum Christoph. hic.

^d Datis fuerit. siue à testatore, siue à lege, siue à iudice: vt. l. i. §. ij. ^e Lapidem. i. miliarium. lapidibus etenim signabantur miliaria. ^f Viginti millium. vt pro vnoquoque die viginti miliaria computetur: vt. ff. si quis cau. l. j.

^g Triginta dierum. l. debet dari termi. intra quæ se excusent. Vel dic, excus. se debent facta dinumeratione triginta dierum & c.

^h Qui tamen. repete, debent se excusare intra illos xxx. dies: qui tamen & c.

ⁱ Computari. cau eas ne fallaris in hac computatione. si enim per centū miliaria abest vel minus: tantum habet dies quinquaginta. si autem abest ultra etiam per vnum miliarium, habet pro quibuslibet xx. miliaribus vnā diē: & sic pro centum miliaribus habet quinq; dies: cū quinquies viginti faciant centū. Item forte vnum diē quia ultra est per miliarium vnū, vel parū plus. Item. xxx. dies hab. & sic hab. xxxvj. dies: & ita est in deteriori conditōe. qui remotior est. Sed tamen, vt subiicit, ita est faciendā cōputatio, ne sint minus quàm. l. dies. Et sic apparet qd nisi per. xxj. diētas, vel plus sit ultra centesimū miliarium nō prodest adiectio. xxx. dierum: vt hic, & ff. eo. l. sci. aliud autem.

[Datus autem tutor.] C. A. S. V. S. Domihe, quidam in testamento suo habenti duo patrimonialia in prouincijs, tutorem dedit sic dicēdo, Titium tutorem do pupillo meo. Modo quæro à vobis, .trum teneatur ex illa datione administrare res existentes in alia prouincia, q̄ in qua habet domicilium: videtur enim mihi quod ipso iure non debeat teneri de administratione existentium in alia prouincia: ita qd non sit sibi op⁹ aliqua excusatione vri. Ad hoc resp. Iust. Amice, tut. in testamento datus, ad vniuersum patrimonium pupilli datus intelligit. Vnde dicitur qd ipso iure non est liberatus ab onere administrationis alterius prouinciæ: sed si vult non teneri, necesse habet earum nomine se excusare. Et hæc dicitur vsq; illum. §. q. tutelam.

quaginta dies cōtinuos ex quo cognouerunt se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent, cuiuscunque generis sint, id est qualitercunque dati fuerint tutores, si intra centesimum lapidem sunt ab eo loco vbi tutores dati sunt: si verò ultra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti miliarium diurnorum, & amplius triginta dierum: qui tamen (vt Scæuola dicebat) sic debent computari, ne minus sint quàm quinquaginta dies.

Tutor simpliciter datus, totius patrimonii tutor est.

Datus autē tutor, ad vniuersū patrimonium datus esse creditur.

Cuius pupilli quis tutelam gessit, eius curæ subire non cogitur.

Qui tutelam alicuius gessit, inuitus curator eiusdem fieri non compellitur: tantum, vt licet

et patrimonium, facit. ff. eo. l. propter litem. §. fina. Sed contra. s. qui da tuto. pos. §. certæ. Solue vt ibi.

[Qui tutelam.] C. A. S. V. S. Domine, datus fui tutor cuidam pupillo: & administravi tutelam eius: & iam pubertate adueniente finita est tutela. modo idem adultus quondam pupillus meus me petit in

paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adiecit se eundem curatorem dare: tamen inuitum eum curam suscipere non cogendum, diui Seuerus & Antoninus rescriperunt.

Marius etiam si se immiscuerit in cura vxoris suæ, habet excusationem. Aretinus.

Idem rescriperunt, marito vxori suæ curatorem datū, excusare se posse, licet se immisceat.

Falsis excusationibus liberatus, non est excusatus. Aretinus.

Si quis autem falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ.

TITVLVS XXV. DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CURATORIBVS.

Tutores suspecti, à tutela remouendi sunt: cuius rei cognitio magistratibus hic scribitur data est.

Si quis autem, Franciscus, de Aret.

Non compellitur, quasi sufficiat ei tantum seruasse: vt. C. de negotiis gestis leg. tutorei.

Non cogendum, facit ad hoc. C. eo. tit. l. curator. Sed contra est ad hunc. §. C. eo. l. libertos. §. fin. Sed speciale est in liberto, vt non excusetur licet tutor fuerit.

Maritum, idem de sponso: vt. ff. eodem. l. j. §. fina.

Curatorem, sed procurator potest esse: vt. C. de procu. l. maritus. Ideo autem non ponitur hic tutorem: quia aliqua vxor non est pupilla: vt. §. de nup. in prin.

Excusare, improprie ponitur. nam & si veller, non admitteretur: vt. C. qui da. tuto. possunt. l. maritus. Et est ratio: quia propter affectum vxor omnia sibi remitteret. Et hæc omnia sunt vera vbi datus est curator postquam fuit sponso vel maritus. si verò prius fuit tutor vel curator, non posset postea esse maritus: vt. C. de interd. ma per totū tit. Itē hic maritus, qui post matrimonio. fuit dat. cur. ignorans forte, alium debet petere substitui: vt. C. eo. l. amplissimi. & l. licet.

ADDITIO. Dic hoc esse verū de iure civili, sed aliter de iure canonico. vt habetur in cap. pen. extra de secund. nupt. secund. Christoph. q. immisceat. sed si alius. l. de prædictis qui excusationem habent, se immiscuit, non posset se excusare: vt. C. si ex fal. al. l. j. & iij.

[Si quis autem.] C. A. S. V. S. Domine, quidam datus fuit mihi tutor: iste tutor ad excusationem suam dicebat se habere tres liberos in vrbe, cū non haberet nisi vnum vel duos forte: & iudex admisit eius excusationem: & ita falsis allegationibus se excusauit: dicatis mihi quid iuris est in casu isto? Respon. Imperator. Amice, qui falsis allegationibus ab onere tutelæ se excusat, non est liberatus ab onere administrationis: imò ex tempore dationis tenetur: & ideo dico tibi, quod tutor tuus non obstante excusatione sua, quam per falsas allegationes obtinuit, de periculo administrationis tibi tenetur. Et hæc dicuntur vsque ad finem tit. Franciscus.

Falsis, vbi veritas fuit mutata. nā falsum nihil aliud est, quàm im mutatio veritatis: vt in auth. de fide instr. in prin. col. vj.

Non est liberatus, imò ex tempore dationis tenetur: vt. C. si ex fal. al. l. j. in fi. & facit ad hūc. §. ff. de re iud. l. diuus. & de excep. l. qui agnitis. & C. si ex fal. instr. per totum tit. Quid si est iniusta excusatio licet non falsa vel non gratiosa? Respon. potest adhuc idem dici, vt non teneat in minoris præiudiciū: vt. C. si ex fal. al. l. j. Quid si per ignorantiam? Respon. idem: vt. C. si ex fal. alle. l. vlt. licet aliàs sententia gratiosa teneat: vt. ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. cum. Prætor.

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CURATORIBVS.

Quia supra visum est de tutoribus et curatoribus, ac etiam eorum excusationibus: et quia hi aliquando non excusantur, imò inuiui tanquam suspecti remouentur.

Alcia. ff. dispū. 3. ca. 8. l. fi. dicit Aclii Verū vnā cū Antonino inspecta: vt hic legendū sit, diui Ver⁹ & Antoninus. Idē vult Nebric⁹ in lexi co iuris ciuili in dictōe Antoninus. Pius tamen Antoninus Bartolius in fi. annot. suarum in leges de ordine impera. dicit post diu Iulianū occisum Seuerum imperasse vnā cū filio Antonino, cognomēto Caracalla. tu dispice.

Intellige verum si spō te per patro nū fuit liberatus: fecit si per fidei- cōmissū. vt. l. libert⁹. §. pe. & §. nequaquam. ff. eo. scēdū Ang. hic.

Istud dictum gl. reprobatur: & est ratio: quia reuocatio pcuratoris pēdet ex mero arbitrio domini: vt. l. mandata. §. itē mādum secū- dum Angel. hic.

Cōtinuatio

remouentur, ideo de his subdit. Porcus.

Diuisio.

Sciendum. Totus iste tit. diuiditur principaliter in quinque partes. Primum vnde habuit exordium crimen suspecti. Secundum qui possunt de suspecto cognoscere. Tertium qui possunt fieri suspecti. Quartum qui possunt accusare tutorem de suspecto. Quintum quibus cau. quis sit suspectus, & si accusatur de suspecto, quid sequitur.

¶ Suspicio propter crimen quod committit tutor vel curator secundum Ang. Aegi. Per. Id est, esse crimen civile. Ioann. de Pla. Accusans de suspecto se debet scribere quando agitur criminaliter, secus si civiliter.

Tertia ibi, Ostendimus. Quarta ibi, Consequens. Quinta ibi, Suspectus. CASVS. Domine, iam video quod vultis tractare de suspecto. dicatis mihi, si sedeat animo vnde descendit crimen suspitionis: dicatis modo mihi qui possunt de hoc crimine cognoscere, & suspectos tutores ab administratione remouere: Rñ. Iustitia. Remouedi suspectos tu. ab administratione datum est ius Romae praetori, in prouinciis autem praesidibus, & etiam delegato a proconsule. Et haec vsque ad illud. § ostendimus.



Sciendum est suspecti crimine ex lege duo decim tabularum descendere. Datum est autem ius remouendi tutores suspectos Romae praetori, & in prouinciis praesidibus earum, & legato proconsulis.

Suspecti crimen aduersus cuiuscunque generis tutores intentari potest: patronus tamen tutor quasi suspectus remotus, infamia non incurrit.

Ostendimus qui possunt de suspecto cognoscere: nunc videamus qui suspecti fieri possunt. Et quidem omnes tutores possunt fieri suspecti: siue sint testamentarij, siue non sint, sed alterius generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid si patronus sit? Adhuc idem dicendum: dummodo meminerim famam patroni partendum esse, licet vt suspectus remotus fuerit.

Suspecti accusatio quasi publica est, id est cuilibet de populo

patroni parceretur: vt nihilominus integra maneat, quauis vt suspectus remotus fuerit. Et haec vsque ad §. consequens est. Franciscus. Ostendimus. vt. §. prox. §. & ff. de suspecto. tuto. l. j. ostendimus. Quidem omnes tutores. i. omnis generis tutores, siue sint testamentarij, siue datij, siue legitimi non autem omnes. i. boni. & mali: quia

Omnes tutores possunt fieri suspecti, an sit vera propositio.

comperens vsque adeo, vt etiam mulieribus (modo pietatis et propensio amore pupilli moueatur) accusare concedatur.

Consequens est vt videamus qui possunt suspectos postulare. Et sciendum est quasi publicam esse hanc accusationem, hoc est omnibus patere. Quin immo & mulieres admittuntur ex rescripto diuorum Seueri & Antonini sed ea sole, quae pietatis necessitudine ductae ad hoc procedunt: vtputa mater, nutrix quoque & auia possunt, potest & soror. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam praetor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam non egressientem, sed pietate productam, non sustinere iniuriam pupillorum: admittet eam ad accusationem.

Impuberes de suspecto non accusant, sed puberes sic.

Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare: puberes autem curatores suos ex

boni etiam si pauperes sint, non remouentur: vt §. eo. §. vlti. ponit ergo genera singulorum tutorum: & non singula sub generibus posita, seu singula generum: sic & alias. §. quib. mod. tut. ff. de pecul. l. qua Tuberonis. §. peculium. & ff. de iuri. & iur. l. j. §. ius naturale. Sed nunc quid eadem seruatur in quolibet alio curatore, puta furioso vel prodigo? Respon. sic. vt. ff. eo. l. iij. §. non tantum. & §. sed & si quis. Accursus.

Alterius, puta datij. Dicendum scilicet vt possit accusari & remoueri. Sed certe immo videtur debere curator adiungi tam patrono, quam cuilibet legitimo, non autem remoueri: vt. ff. eo. l. si tutor, quae est huic contraria? Respon. illud est consilium, non praecipit. sic & alias. C. de nup. l. vidua. in glo. §. j.

Parceretur, sed qualiter parceretur, cum condonatus ob dolum, statim sit infamis: vt. §. eo. §. suspectus autem? Respon. causa non exprimitur in sententia: vt. ff. eodem. l. haec enim in principio. j. respon.

[Consequens est.] CASVS. Dicit Iustinianus continuando materiam suam. Ex quo vidimus qui possunt accusari super crimine suspitionis: consequens est vt videamus qui possunt accusare suspectos. Et sciendum est hanc accusationem de suspecto, quasi publicam esse: hoc est omnibus patere. Non enim solum masculi ad hanc accusationem procedere possunt, sed etiam mulieres ex rescripto diuorum Seueri & Antonini admittuntur. Sed licet mulieres admittantur, non tamen omnes: sed illae solae quae pietatis necessitudine ductae ad hoc procedunt: vtputa mater ipsius pupilli, vel nutrix, vel etiam auia vel soror. Et non solummodo istae mulieres admittuntur, sed etiam si qua alia fuerit, cuius magnam pietatem praetor intellexerit: quae quidem mulier verecundiam sexui muliebri comperentem non egressiatur, sed pietate quasi mota, iniuriam pupilli sustinere non possit, ad istam accusationem eam admittit. Sed hodie nunc quid poterit impuberes, qui in tutela sunt, suos tutores de suspecto accusare? Et responderet quod non: sed licet impuberes tutores suos accusare non possint, puberes tamen in cura existentes, curatores suos de consilio necessariorum suorum super crimine suspicio arguere possunt. & ita di. Seuer. & Anton. rescripserunt. Et haec vsque ad illud. §. suspectus autem est. Franciscus.

Quasi publicam, ideo dicit quasi, quia non cuilibet indistincte accusare permittitur: vt statim probatur. Publica autem dicitur quasi popul. id est cuilibet de populo comperens: vt. infra. de public. iudi. §. j. Procedunt etiam impudicae, & facit ad hoc. C. eo. l. pietatis. §. si. & ff. eo. l. j. §. consequens. & ff. de procur. l. feminis. secus in aliis accusationibus. vt. ff. de accusa. l. qui accusare, & secus in postulatione: vt. ff. de postu. l. j. §. sexum. Sed contra. ff. de regu. iur. l. j. cum suis concor. folu. hoc est speciale. Item in eo quod dicit matrem admittit. est contra. ff. de in lit. iur. l. videamus. in prin. versic. sed nec. Sed certe si iuraret in litetate pro filio, plus matri committeretur, quia quasi esset iudex, si filij nomine accusaret: cum magis sit in iudicis arbitrio verum sit suspectus iudicandus vel non. Sed non sic sacramentum est in arbitrio iudicis, maxime iure nouo: secundum quod non refranatur secundum quosdam, postquam est praestitum: vt in auth. de iudi. §. oportet. colla. vj. vel licet postea taxetur, tamen vel parum minuit de eo quod iurauit. Accursus.

Propensa, id est magna. Accursus. Egressientem, quod fecit Calphurnia: vt. ff. de postu. l. j. §. sexum. Sustinere, subaudi posse. Eam, scilicet feminam.

b) Sed secundum hoc nunc quae proprie esset dare iudicium publicum cum semper feminae repellantur. Dic. ergo quasi publicum secundum Ioan. Fab. quia de sistens non in cidit in Turpillianum: vt di. §. suspecti, vel quia potest procurator constitui.

Et sic patronus remotus a tutela non efficitur infamis: vt hic, & in c. p. uas in glo. sup. ver. amoueri, in med. extra de simo. Quo casu iudice inquisitionem pedete non oportet causam suspitionis exprime re: nec sequitur infamia secundum Bal.

Suspecti crimen, id est huius criminis accusatio nem. f. de suspecto. Vel simpliciter crimen suspecti, id est suspitionis. Ex lege, ex quo est legitimum crimen, nunquid se inscribet, qui accusabit? Respon. potest dici quod sic: vt. ff. de priua. deli. l. fin. & de mune. & ho. l. rescripto. §. si quis. Alij contra: vt. ff. eo. l. iij. §. praet. Sed illud potest intelligi quando sine accusatore res procedit. Aliud est si cui accusat, vt dictum est. §. Sed quae erit hic poena talionis: cum accusator non sit tutor, vt remouetur? Respon. infamia: vt. §. eo. §. suspectus. ij. Item quia quandoque erit puniendus ultra remotionem: vt infra eo. §. sed si quis praefens.

Roma, sic in auth. de defen. ciui. §. iusurrand. ibi, non hab. col. iij. Praetori, & illi cui a praetore mandata est iurisdicatio: vt. ff. eo. l. j. §. ij. Sed dicunt quidam quantum ad cognitionem, non quantum ad remotionem, & dicunt tantum esse speciale in legato a proconsule, vt ipse possit remouere: non sic in legato a praeside, sed cognoscere tantum potest. Praesidibus, sub hoc vocabulo continetur proconsul: vt. ff. de offic. praesid. leg. j.

Legato proconsulis, j. delegato a proconsule. Sed hic non habet ordinariam iurisdictionem: ergo remouere non potest: vt. ff. ad Turpil. l. j. §. suspecti. quae est contra. Sed dicunt quidam nomen praesidis ibi generale esse, vt etiam hunc delegatum, & sic omnem delegatum comprehendat: vt. ff. de offic. praesid. l. j. Sed verius est in hoc legato duo esse specialia, vnum est, vt de hoc crimine possit cognoscere & definire: vt hic, & ff. eo. l. j. §. j. & §. cui autem & de offic. eius cui ma. est iur. l. cognitio. Item & aliud, vt de omni crimine cognoscat, licet non pronunciet: vt. ff. de offic. procon. l. foler. Restet ergo vt per alium delegatum hoc fieri non possit, nisi per istum, & praetoris: vt. §. proxime dixi. AD DITI O. Tu dic quod si accusatio sit ad remouendum, potest cognitio demandari, non autem remotio: nisi fiat a lege: quia tunc potest demandari ipsius declaratio. Sed remotio per sententiam non potest fieri nisi per delegatum proconsulis vel praetoris: vt hic, vel etiam principis. arg. l. iudice. C. de iudic. Si vero fiat ad puniendum, nullus delegatus, nec etiam ipse praetor, sed solus praes proouinciae cognoscit: vt dicto. §. suspecti. & l. j. §. si. cum. l. eq. ff. eo. Ang.

[Ostendimus.] CASVS. Domine, iam video vnde descendit crimen suspitionis, & qui possunt de illo crimine cognoscere. dicatis modo mihi, qui possunt accusari de suspicio. Et resp. Imp. De suspecto possunt accusari, siue sint testamentarij, siue alterius generis tutores vnde & si legitimus sit, adhuc idem dicendum erit, videlicet vt accusari possit. Sed pone quod sit legit. tutor, vt patronus lib. sui nunquid poterit de suspecto accusari? Respondet: certe sic: vt iuratae fame

a Necessariorū. s. parerū. & facit. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. adolefc. [suspectus autem est.] CASVS. Dñe, iam video qui possunt accusare de suspecto, dicatis mihi si placet, quis intelligitur suspectus? Ad hoc respond. Imp. q. ille suspectus est, qui nō ex fide tutelam pupill. sui gerit, licet soluendo sit. & ita Iulianus scripsit. Plus etiam dicit, vi delictet quod tutor antequā incipiat tutelā administrare, poterit quasi suspectus remoueri. & hoc secundū Iulianum constitutum est. Et hæc vsq; ad illum. §. suspectus autem remotus. Franc.

b suspectus. sic. j. eo. §. nouissime. Accursius.

c Ex fide. l. bona.

d Remoueri. quia forte in alijs tutel. malè sit verfactus, vt. ff. eo. l. iij. §. si autem. & dic remoueri, sed nō accusari: vt. ff. eo. l. hæc enim. in fine. que huic est cont. ^a Vel vbi nō possit accusari suspecti ex verbis. l. xij. tabula. sed ex fectia sic, vt hic dicit. Vel dic q. antequā gerat, ex dolo tantū accusatur suspectus: vt. C. e. l. iij. pro culpa nō. ^b & quod dicitur indicta. leg. hęc enim, hoc verum est quando ob ignauiam fecerunt. i. administrauerūt: postquā verò cōperit gerere, & propter dolum & propter culpam potest accusari suspectus: vt infra proxi. §.

a] Ita solutio non est bona, ppter text. in. l. 2. ff. eod.

b] Et hæc est bona, secundum quā in accusatione tantum non in remotione fit differentia: quia ita propter culpam sicut propter dolum remoueri poterit sine impedimento administrare, iuxta distinctionem Ang. hic. nō autem desuspecto accusari, nisi propter dolum secundū Iul.

e Suspectus autē est, qui non ex fide tutelā gerit, licet soluendo sit: vt Iulianus quoq; scripsit. Sed & antequā incipiat tutelā gerere tutor, posse eū quasi suspectū remoueri: idē Iulianus scripsit: & secundum eum constitutum est. Tutor ob dolum remotus, infamiam incurrit: ob culpam vero; integra fama à tutela abicit.

Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est. ^f si ob culpam, non æquē. ^h

f Suspectus autem remotus. [C. a. s. v. s. Dñe, iam video quis est suspectus sed pro deo dicatis mihi: quis est effectus istius criminis? Ad hoc respondet Imp. Amice, si quis remotus fuerit ab administratione sua propter crimē suspicionis: si quidem ob dolum, infamis efficitur. Si vero ob leuem culpam vel leuissimā fuerit remotus, non efficitur infamis. Et non solū istum effectum habet crimē suspicionis, sed etiam alium. Nam si aliquis fuerit de crimine suspicionis accusatus: quosq; cognitio finita fuerit, interdicitur ei administratio, & ita Papiniano vilum est. Sed si aliquis huiusmodi crimine accusatus fuerit, & pendente cognitione decesserit accusatus, cognitio suspecti exringuitur. Idē si aliquis tutor copiam sui non fecerit, vt alimenta pupillo suo decernatur: pupillus in possessione bonorum ipsius tutoris causa rei seruandæ mittitur: & que per morā deteriora futura sunt, dato curatore vendi iubetur. Liqueat igitur, q. tutor qui alimenta pupillo nō præstat, vt suspectus remoueri possit. Si autem tutor præsens fuerit, per mendaciū tamen alimenta pupillo decerni non posse ob inopiā pupilli dicat, ad præfectū vr̄bis mittetur punitus: vt iuriconsul. placuit: sicut ille remittitur ad præfectū vr̄bis punitus, qui per pecuniam ministeriū tutelæ redemit. Itē lib. si fraudulenter gessisse tutelā vel curam filiorū vel nepotū patroni probatus fuerit, ad præfectum vr̄bis similiter remittitur punitus: & in hoc casu vt ingratus accusari poterit. Nouissime autem sciendū est, tutores vel curatores fraudulenter administrantes res pupillares, omnino esse remouendos. Licet enim satisfationem offerant de indemnitate pupillam quia satisfactio maleuolium tutoris propositū non mutat, sed diutius malignādī facultatem præstat, remouendi sunt. Itē suspectum eū merito putamus, qui moribus talis est, vt suspectus haberi debeat. Licet enim tutor vel curator pauper sit: si tamen fidelis & diligens sit in administratione, non est vt suspectus remouendus. Et hæc vsque in finem vit. Franciscus.

e Ob dolum. expressum in sententia, puta sic, remoueo te quia in dolo tali fuisti. Accursius.

f Famosus est. excepto patrono: vt. §. eo. §. ostēdimus, in fi. §. & ff. eo. l. j. §. ostēdimus. Sed quid si remouetur simpliciter nō expresso dolo, vel culpa? Videtur q. semper remaneat integræ famæ: vt. ff. eo. l. iij. in fine. & l. hæc enim. §. quid ergo. potest tamen distingui, vt cum accusatus fuerit ob dolum, an ob culpā, an ob vtrumq;. In primo fit famosus, in secundo non æquē, in tertio intelligitur semper ob culpā, nisi in contrariū probetur. Pœnæ enim non sunt augendæ, sed molliendæ: vt. ff. de pœ. l. penul. & de excep. rei iudi. l. iij. ex testamē-

to. & ff. de libe. & postu. l. cum quidā & ff. eo. l. iij. j. ij. & ij. resp. ^g Ob culpam. leuem vel leuissimam: secus si propter latā: quia tūc videtur infamis: vt. ff. eo. l. impuberib. §. si fraus. Est et ratio, quia dolo comparat: vt. ff. si mēfor fal. mod. dixerit. l. j. hæc actio. & ff. de preca. l. que situm. §. eum quoque. & ff. de positi. l. qd Nerua. nisi in duobus casibus. Primus est in criminib. publicis: vt. ff. ad legē Cornel. de sic. l. in lege. Secundus in delatione sacramenti in litē: vt. ff. de in litem iurādo. l. in actionibus. §. sed in his. his enim casibus lata culpa dolo non comparatur. Vel dic secundū Azon. & de lata etiā intelligi: vt sicut in perditione personæ dolo non comparatur, vt dictū est: sic in perditione famæ, vt non fiat infamis. Nec ob dicta lex. ff. eo. l. i. impuberibus. quia de dolo intelligitur. ^h Vel dic vt. j. statim dicam in glo. j. nō similiter in fine.

g Accusato de suspecto, licet pēdēte interdicta est administratio: & suspecti accusatio morte expirat.

h Si quis autem suspectus postulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei administratio: vt Papiniano visum est. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, posteaq; tutor vel curator decesserit, extinguitur suspecti cognitio.

i Latitante tutore ac pupillo alimentā decernatur, pupillus in possessionem bonorum illius mittitur: Et que seruādo seruari non possunt, dato curatore venduntur, ac vtpote suspectus remouetur.

j Si quis tutor copiam sui non faciat, vt alimenta pupillo decernantur: cauetur epistola diuorum Seueri & Antonini vt in possessionem bonorum

falso solo, vt in cōditionibus ex turpi causa descenditibus: vt. ff. de actio. & obligatio. l. cessat. Item in interdicitis ex famosa causa similiter venientibus: vt. ff. de vi & vi arma. l. neq; vnde vi. Sed videtur quod etiam ex culpa leui quis fit infamis: vt. ff. de his qui not. infam. l. liberorum. §. notatur. quæ est huic contra. in eo quod ibi dicit ignorantiam iuris nō excusare ab infamia. Sed certè potest dici, quod iuris ignorantia sit lata culpa: quod sic probō: quia omnes debent scire iura, exceptis paucis, scilicet mulieribus, minoribus, & militib; vt. ff. de iur. & fac. igno. l. regula in prin. & C. de leg. & constit. l. leges sacratissimæ. & C. de iur. & fac. igno. l. constitutiones. ergo si quis ignorat, est in culpa lata: cum culpa lata sit id ignorare, quod omnes sciunt: vt. ff. de verb. signific. l. lata culpa. non est ergo mirū si est infamis: vt. ff. eo. l. impuberibus. §. si. Vel verius secundum Azon. lata culpa non infamat per sententiam damnatum: sed ipso facto sic, si est tale factum vt in dicta. l. liberorum. §. notatur. Et sic sunt tres casus vbi lata culpa non comparatur dolo: vnus hic, duo in glo. superiori, quæ incipit, scilicet leuem & c.

k Quoad. idonec.

l Interdicitur. argumen. vt donec prælatus accusatur, quod non debet administrare ecclesiastica bona: & facit ad hoc. C. de sen. pal. l. fina. & ff. eodem. l. impuberibus. §. final. C. eod. l. quem vt suspectum & ff. de solu. l. quod si forte. §. j. versicul. dico igitur. **ADDITIO.** Imò adiungitur sibi alius cum quo administrat, secundum Angelū. Vide tu Canonista notata in capitu. venerabili. de offic. delegati. in verb. suspectus. vbi concludit glo. quod prælatus de dilapidatione denuntiatus seu accusatus, tanquam suspectus ab administratione non remouetur lite pendente: nisi primo probetur suspectus de dilapidatione malè administrando.

m Decefferit. l. accusatione pendente.

n Posteaque.] tutor vel curator decefferit. Idē iuris est, si quouis alio modo finita tutela fuerit. l. pen. D. eod. tunc enim aduersus tutorem sufficit tutelæ actio, quæ famosa est æquē ac suspecti actio ob dolum secuta condemnatione. Suspecti agimus pendente administratione tut. quia interim tutelæ agi non potest. Actione autē suspecti, id solū intēdimus, vt tutor remoueat, quo finita hoc modo tutela, de iure tutelæ eū actione cōueniamus, qui nō ex fide bona tutelā gessit. Alio igitur modo finita tutela, quā remotione suspecti, quid opus est vel suspecti agere, vel suspecti actionem peragere? Cuiacius.

o Extinguitur. quia non nisi vt ab ea remoueat, intenditur: sed ex quo mortuus est, verè remotus est. & quod hic dicit. si tutela morte tutoris finiatur, idem est si quocunque alio modo finita tutela sit: vt. ff. eo. l. penul. §. penul.

p Decernantur. per iudicem. **ADDITIO.** Ita quod semper ex re ditru patrimonij aliquid superfit, per text. in l. ius alimentorum. §. j. vbi pup. edu. de. Angelus.

q Vt in possessionem. sed & multa indicii poterit: vt. ff. de arbit. l. non distinguemus.

Famæ periculum æquatur periculo vitæ. ^c Immo ibi lata culpa æquipatur dolo quo ad remouendū tutorem, nō quo ad infamandum secundū Ang. hic. Ignorantia iuris est lata culpa.

Culpa lata semper dolo comparatur: nisi in tribus casibus. Prælatu suspectus an sit ab administratione remouendus.

distinguemus. §. si arbiter. & facit. ff. eo. l. impuberibus. §. si.

a] Ita glof. approbatur per Angl. hic.

Etus. aliàs est tutoris in textu, aliàs non est, sed tamen subauditur: vt. ff. eod. l. impuberibus. Sed alij dicunt eius scilicet pupilli: vt ita administratio tutori auferatur.

Mittatur. causa custodia: nō vt ex eis alatur, sed vt cautum sit pupillo, si malè gessit tutor sed de suo: vt. ff. vbi pup. educ. de. l. fin. in fine.

Decerni. puta si negat alimēta posse decerni, id est dari. & quod sequitur, si hoc per mendaciū & c. sit de responsione.

Per mendaciū. quid si nō dicat per mendaciū, imō verū dicat: nūquid de suo alere tenetur? Respon. nō: vt. ff. vbi pupil. edu. de. l. iij. §. finali.

Remittendum. sed non remouendum: vt. ff. eo. l. tutor. §. tutor.

Placuit. hoc ideo, quia maior pœna imponetur, quā remotio: vt ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. item solent.

Remittitur. scilicet puniendus extra ordinē: vt ff. de tut. l. in eos. Et nota hic argu. cōtra eos doctores, qui pecunia data sibi acquirunt scholares: vt. ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. item solent. & in auctoritate, cothen. vt ea quæ vocātur infinuatiua. §. j. col. v.

Qui data pecunia, ministeris, tutelam redemerit. Sic meo iudicio omnia restituenda sunt ex. l. j. §. tutor. ff. eo. tit. nō vt vulgō, Qui data pecunia ministeriū tutelæ adquisierit vel redemerit, Ministeris, autem, id est, Officialibus & ministris Prætorum per quos fit inquisitio. Cuiacius.

Remittitur. ob hoc etiā vt ingratus accusari potest: vt. C. de libe. & eorū liberis. l. iij. & facit. C. eo. l. j. & ij. & ff. e. l. libertus quæ est lex. ij. 2. in §. i. in. Et Nouissimē. i. in vltima parte huius tit. sic. ff. de insti. act. l. nouissimē. nā & ibi in vltima parte tractatus sui Vlpianus ponit nouissimē.

Grassandi. i. delinquēdi: vel id est animā ad delinquēdū, sic. ff. de pœ. l. capitali. §. grassatores. inde grassor, aris. i. nitor ad malum.

Præstat. facit. ff. eo. l. suspectus. & l. quia satisfactio. Et facit in arg. ad quæstionem talem: Si emi librum, & antequā solam pretium, cōperiam alienum vel vitiosum, quod non teneat soluere precium: quia expedit potius non soluere, quā cautionem de reddendo in causam euictionis vel vitij recipere. quibus consonat. ff. de cōpen. l. iij. [Præterea lex dixit, quod non debet quis se cōmittere fragilitati cautionis. ff. ad Tre. l. cogi. §. idem querit.] & C. in quib. cau. in integ. resti. nō est ne. l. fi. & C. quādo li. vnicui. l. j. ADDITIO. Nota quod

quotienscūque imminet euictio in limine contractus ante solutionem precij: emptor nō tenetur soluere pretium, nisi venditor det idoneos fideiussores. adde. l. si post perfectā. C. de euict. de quo per Bar. in. l. j. stipulatio duplæ. ff. de præto. stip. & an venditor cōpelatur satisficere iure actionis, vel ope exceptionis, quod quædam opinio: & solum tenetur respectu illius duntaxat mouentis quæstionem. d. §. stipulatio. & ibi per Bar. Iason.

Suspectum. nam tutorem suspectum nō facultates paræ, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus cōmendat. i. probat. Heres verò solis facultatibus paruis suspectus habetur creditotibus: vt hic, & ff. de priuile. credi. l. si creditores. Remouendus non est. imō videtur quod sic: vt. C. de tutō. vel cura. qui non satisfecit. l. ij. quæ est huic cōtra. Sol. ibi nō repellitur propter paupertatem: sed quia nō satisfecit: hic autē satisfecit, postest tamen iste se excusare. quod dicit vt dixi. §. ti. j. §. sed & propter paupertatem. Est tamen huic curator adiungendus: vt. §. de cur. §. inter. dum. & C. eo. l. pietatis. §. quod si nihil. & C. de peri. tut. l. j.

DE RERVM DIVISIONE.

Dictum est de personis, sequitur de rebus: vt promissit supra de iure nat. gen. Et c. iij. §. fin. de quibus dicit vsque ad tit. de ob. Et in hoc medio dicitur qualiter acquiruntur res iure naturali: vt de §. singulorū vsque ad tit. de vsu. cap. Item qualiter iure civili: vt ab inde in antea. Item qualiter iure singulari: vt vsque ad tit. de testa. Item qualiter per vniuersitatem vt ex testamento vel intestato, vel simili modo: vt à tit. de testa. vsque ad tit. de obligatio. Accur.

Cōtinuatio:

d] Istam gl. tenet & sequitur Aug. gel. hic.

Diuisio.

Quæ non tantum fides, sed etiā diligentia à tutore exiguntur, ideoque doli & culpa præstat. Cuiacius.

Vt res pro fana. Por. ¶ Ve res fan & religio sic dicitur in. l. i. ff. eo. streit quædā sunt diuini iuris, quædam humani. quædam sunt in patrimonio nostro, quædam extra. Aegi. Per.

Exempla nō ponimus vt vera sunt sed vt per ca addicēns aliquid dist. cat. secundum Arist. Aegi. Per.

positū maleuolum nō mutat, sed diutius grassandi in te familiari facultatem præstat.

Mali mores & non paupertas sola, faciunt tutorem suspectum. Arretinus.

Suspectum eum putamus, qui moribus talis est, vt suspectus sit. Enimvero tutor vel curator quæuis pauper sit, fidelis tamen & diligens, ¶ remouendus non est quasi suspectus.

INSTITUCIO- NVM D. IVSTI- niani sacratissimi Principis Liber II. TITVLVS I. DE RERVM DIVISIONE, & acquirendo ipsarū dominio.

Secundam iurisprudentiæ partem, quæ est de rebus, pertractandam sumit Imperator, & summam rerum diuisionem annectit.

Vperiore libro de iure personarum exposuimus: modo videamus de rebus quæ vel in nostro patrimonio, ¶ vel extra patrimonio ¶ nostrū habentur,

in superiore libro de iure personarū exposuimus: modo in hoc secundo libro de rebus quæ in patrimonio nostro vel extra nostrum patrimoniū habentur, videamus. Sed pone: Dñe, vos dixistis mihi supra q̄ vultis determinare de reb⁹ quæ sunt in patrimonio nostro vel extra: nūquid est ista diuisio sufficiens? Ad hoc respon. q̄ sic: & quod sufficiens diuisio præmissa sit, tali ratione liquet: quia quædā naturali iure cōmunia sunt omnīū, quædam publica, quædam vniuersitatis, quædā nullius, pleraq; singulorū: & ea quæ singulorū sunt, variis ex causis acquiruntur: sicut ex inferioribus apparebit. Franc. De iure personarum, ab illo titulo, de iure personarum, vsque huc. ¶ Modo. sicut promissimus. §. de iure natu. §. si. Accursus. ¶ patrimonio. l. aptitudine. Aptæ enim sunt esse in patrimonio, vt res pro derelicto habita. Accursus.

In nostro patrimonio. ¶ Patrimonio bona paterna significat: matrimoniū bona materna. Seneca lib. j. de benef. cap. iij. quia latè patēte matrimoniū sit & c. qui tamen locus ab Erasmo deprauatus est: nā & apud Suet. Trāq. & Val. Max. ita matrimoniū accipi alij quidam adnotarunt. Hoc autem in loco in patrimonio, id est, in bonis. Seruitutes propriè ex bonis non sunt l. j. D. de vsu. leg. at quia ceterè non sunt etiam omnino extra bona, magis est vt bonis adnumerentur: igitur non ea tantū quæ sunt, sed etiam quæ intelleguntur, id est, incorporalia in bonis nostris computantur. Cuiacius. ¶ vel extra. l. aptitudine: quia nō sunt aptæ vt sint in patrimonio: vt sunt res sacræ vel religiosæ: vt. j. e. §. nullius. interdū tamen dicte res sunt in patrimonio: vt si ab hostibus captæ sint: vt. ff. de relig. l. cū loca. similiter res prophane extra patrimonio nostrum sunt, si religiosi adhærēt: vt. ff. de rei vindi. l. quæ religiosi.

Habentur. talis diuisio hic sumitur. Rerum enim aliæ sunt in patrimonio, aliæ extra. quæ videtur insufficientis, nam aliæ sunt nec in patrimonio, nec extra, vt seruitutes: vt. ff. de vsu. leg. l. j. contra. Sed Ioan. dicit quod hic pueris loquitur simpliciter, nam quædam pro docendis pueris dicuntur, quæ aliàs nō dicerentur: vt. ff. de act. & oblig. l. obligationū. in fi. quod nō est verisimile, q̄ propter pueros malè loquatur: vnde non placet. Alij dicunt hic de corporali-

bus rebus tantū loqui: quod est falsum: quod colligitur ex cōtinuatione huius tit. ad quatuor sequētes. Nos dicimus seruitutes esse in bonis nostris: cum earum nomine agamus & excipiamus: vt. ff. de acquir. re. do. l. rem. & l. status. Quod autem in d. l. dicitur eas non esse in bonis, nec extradicitur ideo, quia per se non censentur: * vt

* Ratio, quia nō possunt stare sine revel per sona cuius sunt. l. si alie na. §. hoc iure. ff. de vlti. ca. Aegi. Per. † Quot modis dicitur publici, videlicet hic notabiliter per Ange. Aegi. Per.

† Aqua nō proficiens iure gentiū communis nō est Cuius.

Diuisio.

Ponit personas primi gradus tã ascendēdo quàm descendēdo.

Primo gradu est supra, pater, mater: infra filius, filia.

Auus & aliæ personæ hic enumeratæ, sūt in secūdo gradu. Arca Secundo gradu supra auus, auia: infra nepos, neptis: ex transuerso frater, foror.

Proauus & aliæ personæ hic positæ, sunt in tertio gradu cognationis. Angelus.

Tertio gradu supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex transuerso fratris fororūque filius filia, & conuenienter patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græcè πατρός appellatur.

Auunculus est frater matris, qui apud Græcos μητρός dicitur:

vnū gradū primū, nō sufficit ponere vnā personā, sed duæ personæ primæ faciunt vnū gradum: quo primo gradu facto ex duab. personis, vnaquæque persona sola quæ postea adiungitur, facit alū gradum, ad similitudinem fenestæ: quia necessario ad perficiendū vnā fenestram requiruntur duæ columnæ: postea vnaquæque columna superaddita facit

& vterq; promiscue hęc appellatur. Amita est patris foror, materteræ vero matris foror. vtraque promiscue hęc appellatur, vel apud quosdam τριβίς.

Qui distat à stipite per tres personas vel gradus, tam in linea ascendenti quàm descendenti distat est in quarto gradu, sed in linea transuersali, distat per duas personas. Arctin.

Quarto gradu supra abauus abauia: infra abnepos, abneptis: ex transuerso fratris fororūque nepos, neptis, & conuenienter patruus magnus, & amita magna, id est aui frater & foror, itē auunculus magnus, & matertera magna, id est auiæ frater & foror, consobrīnus, consobrīna, id est, qui quæ ex fratribus progenerantur aut fororibus. Sed quidam rectè consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus fororibus progenerantur, quasi consororinos: Eos verò qui ex duobus fratribus progenerantur propriè fratres patruales vocari. Si autem ex duobus fratribus filia nascuntur, forores patruales appellari. At eos qui ex fratre & forore progenerantur, amitinos propriè dici putant. Amitæ tuæ filij, consobrīnum te appellant: tu illos amitinos.

Azaus & atnepos, & aliæ personæ hic enumeratæ, sūt in quinto gradu. Arctin.

Quinto gradu supra atzaus, atzauia: infra atnepos, atneptis: ex transuerso fratris fororūque pronepos, proneptis: & conuenienter propatruus, proamita, id est propatruus frater & foror: & proauunculus & promatertera, id est proauia frater & foror. Item fratris patruelis, vel fororis patruelis, consobrīni & consobrīnæ, amitini & amitina filius, filia: propior sobrīnus, sobrīna: hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius filia.

Tritauus & aliæ personæ hic enumeratæ, sunt in sexto gradu.

sobrīnus, filius patrui magni, vel amitæ magnæ. & idem dicas de propiore sobrīna, quòd scilicet sit filia &c. vt clare patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborem corrumpet.

Hi sunt subaudi, in quinto gradu lineæ collateralium ex parte ascendentiū, scilicet filius patrui mei magni, & similibus de quibus dicitur hic, & ff. eo. l. j. in fi. & l. i. j.

aliā fenestram. Ang. §. Filius, filia. qui licet multi sint, omnes tamen sūt patri in primo: inter se autem in secundo: vt ff. de gra. affi. l. iurisconsultus, §. transeamus. h. Ex transuerso. nūc de hoc gradu incipit: cū nemo ex hoc ordine in primo gradu inueniatur: vt ff. eo. l. j. in prin.

Ex transuerso. no. caute q̄ etiam illi qui sunt ex transuerso, diuiduntur in superiorem & inferiorē lineam: & sic reperies in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus: vt ff. eo. §. quarto. k. Patruus. vnde vers. Sūt patrui, patris fratres, & in. l. perie amitaque forores: Frater auunculus est, foror est matertera matris. l. Nepos. hoc inferius respicit.

Patruus magnus. hoc refertur ad superiorem lineam transuersalem. Auunculus magnus. hoc autem constat, q̄ qui est mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auunculus est, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patruus matris meæ, vel auunculus mei patris? Respond. lo. omnem illum mihi esse patruum vel auunculū magnum qui est meo patris vel matri simplex: vt ff. eo. de gra. affi. l. iurisconsultus, §. patruus. & C. de succ. ed. l. j. Sed Ro contra.

Filius, filia. isti nominatiui regunt superiores genitiuos ab illo ver. itē fratris &c. Et sūt omnes isti in quinto gradu lineæ collateralis respectu descendentiū.

Propior sobrīnus. quasi dicat, qui filius dicitur propior sobrīnus, & filia quæ dicitur propior sobrīna, ad ditiō. Vel dic, & forte melius, sensum textuale est, quòd propior sobrīnus, & propior sobrīna sunt in quinto gradu. Et qui sint tales, declarat textus subiungens. Hi sunt patrui, &c. Est enim propior

Propior sobrīnus, quòd scilicet sit filia &c. vt clare patet in arbore.

Qui aliter intelligeret, arborem corrumpet.

a] Solu. ibi maior trahitur ad minorem, quia constat parces hoc tantum conuenisse. ad hoc satis constat de mente legis successionē ampliare volentis. Præterea cū text. hodie vocet cognatos & agnatos: constat eos esse illegimos, & vt legitimos succedere vsque ad decimum gradum: vt hic, argu. supra eo. l. pri. Ang.

Cognatio transuersalis quare non incipit à primo gradu.

b] In plano enim de iure civilis non est gradus: & iterum à patre descendit ad filium: & est secundus gradus: de iure autē cano. non ascenditur ad stipitē, imò per saltus ebi in alio primo: ergo sumus in duobus: Rñ. nō sequitur. nā sum ei in primo, ita quòd i eodē, & inter me & ipsum vnū tantū gradum facimus ad similitudinē fenestæ: nam duæ columnæ ex laterib. vnā faciūt fenestram, recta autē adiecta fiet alia fenestra. & ita in gradu psona adiecta etiam vna deinceps facit gradum: deinceps facit gradū: vt ff. eo. §. haftenus. A D D I T I O. No. hanc glo quòd ad faciendū

† Amita dicitur quasi à me tertia, vel quia à patre meo amata sit. nā plus forores à fratribus quā fratres diligi solēt. Aegi. Per.

† Hic dicit Nic. & Ang. quòd filius fratris dicitur nepos, per hūc text. Sūt patrui, patris fratres, & in. l. perie. C. de c. 6. quæ sub modo sed hi text. nihil faciūt. dicit tamen Dy. q̄ proprie capitur nepos pro filio filij: quādoque & improprie pro filio fratris: vt in glo. i. & in. l. auunculo. ff. de donat. cau. mor. tex. in x. coll. qñi. mo. §. i. §. milititer. sic August. Cōtatris nepos ex forore dicitur est Aegid. Per.

a Generata: Hoc est verum, si vna ab vna: non si plures ab vna: vt ff. eod. l. iur. i. consultus. §. transeamus. & hoc est verum ex omni ordine graduum secundum nos. ^a Sed secundum canones ex latere trasuerso aliud est. nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicunt in primo: & quem nos in quarto, ipsi in secundo: & sic de singulis: vt in Decret. xxxv. quæst. v. cap. ij. Sed fuit eorum consideratio bona propter matrimonia: ^b nota etiam bona propter hereditates quæ per gradus deferuntur: vt infra de bonorum possess. §. quos autem. & ff. eod. l. iur. i. consultus. in principio.

A D D I T I O. Idem in statutis, & pactis, vbi de pacto non agitur, secundum Ange. Sic no. hanc glossam, quæ allegatur quotidie, quod in concernentibus peccatum præualeat ius canonicum etiam in terris imperij: & econtra in non concernentibus peccatum præualeat ius civile etiam in terris ecclesiæ, vt per Angelum hic.

b Adicit. hic potest colligi definitio gradus, vt dicatur: Gradus est numeratio singularum personarum cognatione vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera, optime indicans. Dicitur quasi lapidens gradus: vt ff. eod. l. iur. i. consultus. §. gradus. Accursus. **A D D I T I O.** Gradus secundum doctores aliter definitur. Gradus est distantia vnius personæ ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distantium personarum, quæ cognoscitur quoto agnationis vel cognationis seu affinitatis distantia.

c Longe facilius sit. propter duas rationes: & quia ultra trinepotem vel tritauum vocabula non inveniuntur specialia: sed superiores & inferiores vocantur: vt ff. eo. l. leg. fi. §. parentes. & hoc, quia sunt plura negotia, quàm vocabula: vt ff. de præscrip. verbis. l. iij.

a) Et sic in directa linea ascendenti & descendenti non est differentia: quia vtroque iure si persona de quibus agitur, distat æqualiter: quoto gradus distat inter se & in æqualiter: toto gradu distat remotior.

b) Ipsi enim incipiunt a persona ex qua descendunt illi de quorum gradu agitur. Sed de iure civili incipimus ab vno ex istis de quibus agitur, extendendo ad superiorem: & ab eo iterum descendendo ad alium. & quoto gradu distat remotior: toto gradu distat inter se vt hic per docto.

Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trasuerso fratris sororisque abnepos, abneptis: & conuenienter ab patruus, ab amita, id est ab aui frater & soror: ab auunculus, ab matertera, id est ab auiæ frater & soror. Item sobrini sobrinæque, id est qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenuerunt.

Vnica persona adiecta alteri persone per carnis propagationem, facit gradum tam in cognatis, quàm in agnatis, Aretinus.

Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nanque ex his palam est intelligere quemadmodum vltiores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata persona gradu

Sed vsque ad quem numerabimus? Respond. vsque ad vij. cognatorum, & vsque ad x. agnatorum: vt ff. eod. l. non facile. & §. titul. j. §. si nisi ratione demonstrandi vellemus vltius numerare, non vtilitatis licet decreuerit hic aliter dicant. **A D D I T I O.** Nota quod decreuitæ contrarium dicunt solū in collateralibus lineis: non autem in directa: vt supra dixi. Si vis

ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distat de iure civili: incipit ab vno, & computat ab illo descendendo ad personam mediam, ex qua omnes descendunt: & postea descende ab illa vsque ad aliam quæ vis computare: & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias a persona ex qua descendunt personæ de quarum gradu agitur. verbi gratia, vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico: incipit ab aui, & facit vnum gradum filium: & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. vnde quoto gradu quilibet distat a stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autem addit gradum, vt in cap. sedem. xxx. quæst. j. Angelus.

adiicit: b vt longè facilius c sit respondere quoto quisque gradu distat, quàm propria cognationis appellatione quinquam denotare. In gradibus agnationis & cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalem, quàm intellectualè: ideo necessarium est hic arborem consanguinitatis inscribi. Aretinus.

Agnationis quoque gradus eodem modo c numerantur.

Sed cum magis veritas oculata fide, quàm per aures f animis hominum infigatur: ideo necessarium duximus, post enarrationem graduum, eos etiã præsentibus inseribi: quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolecentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. ^d ^e ^f ^g

d Quoto gradu. Octauo vel decimo.

e Eodem modo. Adiecta persona.

f Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritat animos demissa per aures, Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Certior aure arbiter est oculus: & vt ait Candaules in Herodoto, Magis incredula sunt hominibus aures, quàm oculi. Aegid. Per.

g Adipisci. Vnde quidam habent hic arborem. Accursus.

A D D I T I O. Et in rei veritate debet esse, cum textus & glossa illam requirant.

Debemus dare doctrinam per modum magis facilem, Ac Por.

COGNATIONIS SPIRITUALIS studiofissimis quibuscunque, praesertim ecclesiasticis, apta & utilis materia.

Christophorus Porcus iuris utriusque professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognitionis spiritualis materiam hic luculenter tractavit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit absolum, neque a proposito alienum, quae verba talia sunt.

Quaeritur, an ratione cognitionis spiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quod inter comparam & commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte. & hoc si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptismum, siue per sanctum christum. xxx. q. iij. c. si quis vnus.

Addite praedictis, quod si maritus & vxor tenuerint aliquem vel aliquam ad baptismum vel christum, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. ca. si quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognitionis spiritualis contracta constabat inter eos matrimonium: scilicet si ex post facto fuerit contractum. c. Martinus Bertum. extra de cog. spir. cum sua glos. E contra autem si tenueris ad sacrum christum vel sanctum baptismum filium vel filiam meam ex alia muliere quam vxore, non efficitur tibi commater. c. qui spirituale. xxx. q. iij. Ratio: quia in contrahenda cognitione spirituali maritus & vxor copulant sibi actio. es, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia sunt duo in carne vna. d. c. si quis vnus. in fine.

Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptismum, an concubina efficiatur comater? Videretur quod sic. Nam sicut vxor hoc casu ideo efficitur commater, quia est eadem caro cum marito. d. c. si quis vnus. ita de concubina: quia qui adhaeret meretrici, vnus corpus efficitur cum ea. xxxij. quaest. iij. c. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet: quia absurde dictum videretur, quod spiritualitas super re improbata causaretur: ex vtraque scriptura, & hominum opinione. Non obstat, quod concubina & fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id est duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glo. in d. c. in eo. Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eam quae fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quod sic. cap. post vxoris obitum. xxx. quaest. iij. Sed quid de filiis duorum compatrum: an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quod sic, siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post: dummodo matrimonium non contrahatur cum eo vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. ca. j. & c. super eo. extra de cog. spir. Christophorus Porcus iuris utriusque doctor acutissimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiae, quod cognatio spiritualis, quae impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum, oritur ex datione duorum sacramentorum dumtaxat: quae sunt baptismus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione seu ministracione. patet in c. fina. de cog. spir. libr. vj. Ratio est, quia in baptismo renascimur: & christum frontis ipsum confirmat: quod non est in alijs sacramentis. Ioan. And. in d. c. si.

Nota vltcrius, quod ex hac cognitione. xx. sunt casus prohibiti, scilicet. x. ratione baptismi, & x. ratione confirmationis. Ratione enim baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens & dirimens: vt dictum est.

- *Primo inter has personas.*
- Baptizatum, & baptizantem.
- Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam:
- Baptizatum, & filios baptizantis:
- Parentes baptizati, & baptizantem.
- Parentes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.
- *secundo inter has personas, videlicet inter*
- Baptizatum, & suscipientem:
- Baptizatum, & vxorem suscipientis prius cognitam.
- Baptizatum, & filios suscipientis:
- Parentes baptizati, & suscipientem:
- Parentes baptizati, & vxorem suscipientis prius cognitam.
- Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confir-

matione reperies: in qua sunt confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem, qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationem episcopalem. De hoc vide textum cum glossa in capitulo primo de cognitione spirituali, lib. vj. Ista clarissime referantur per carmina sequentia:

Spiritualis ab his cognatio fit sacramentis
Quae sunt baptismus, ac confirmatio frontis:
Personasque decem connectit quodlibet horum:
Baptizans, huius vxor, si cognita primo:
Ac eius nati sunt abluto sociati:
Cum consorte tori, baptizans atque parentes.
Fonte sacro loti, sunt tali sune ligati.
Baptizans, & suscipiens hic aequiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

Hac nota diligenter, quia singularia sunt, & plurimum vtilia: nec est plures casus reperire qui matrimonium dirimant



Quaeritur ad propositum materiae praesentis de quaestione quotidiana & apud vulgares satis dubia. Pone quod duo vel plures tenent aliquem in baptismo: nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit quod non: vnde possunt adiuuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinari & concubina non prohibentur matrimonium contrahere: vt in c. tanta. extra qui filij sunt legi. ita & isti qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit tex. & ibi glos. in cap. sua. xxx. quaest. iij. vbi dicitur quod maritus & vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares existimant illos esse compatres. Hac sunt verba Abbatis Siculi in c. Martinus, extra de cogna. spiri. De hoc in summula pauperum.

Vnde versus.
Masculus & mulier puerum de fonte leuantes,
Legitime iungi poterunt: nec sunt prohibendi.

Quaeritur vltcrius: Pone quod tenui aliqua puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quod sic. pater enim spiritualis si copuletur sorori filiae spiritualis, bene tenet matrimonium. xxx. quaest. iij. c. vlti.

Vnde versus.
Duco mee nata germanam spiritualis.

Quaeritur insuper: Pone quod filius meus tenuit in sacris fontibus puellam. volo cum illa puella postquam ad annos nobiles peruenit, contrahere, an liceat? Dic quod sic. Potest enim pater sumere filiam spiritualement filij sui carnalis: quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat: vt. c. j. & c. super eo. extra de cogna. spiri. non tamen ascendit de filiis ad patrem, cum iure causatum non reperitur: & edictum de matrimonio prohibitorium est: adeo quod cuilibet licet contrahere, nisi expresse prohibeatur. c. cum apud. extra de sponsa. & matrimo. Hoc notat Ioannes Teuthonicus glossator decre. in c. fi. xxx. quaest. ij. Hoc idem recitat & approbat Ioannes And. in c. j. de cogna. spiri. lib. vj.

Vnde versus.
Esse mei nati coniuux, mihi spiritualis
Filia legitime poterit, nec iure vetatur.
Descendant, & non ascendunt talia vincula.

Multo plura de huiusmodi materia possent adduci: sed pro nunc haec sufficiant. Si tamen vis videre an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit contrahi, recurras ad Bartolum in l. Gallus. §. forsit. ff. de libe. & postea ad Angelum Aretinum in §. illud. in sti. de nupt. ad Ioan. And. in regula. Potest quis per alium. de regu. iur. in. vj. & ad Panor. in c. veniens. extra de cog. spiri. Decisionem tamen communem & magis approbatam potes notare per versus sequentes, in quibus patet, quod licet matrimonium per procuratorem possit contrahi. c. fi. de procura. lib. vj. non tamen cognatio spiritualis.

Vnde versus.
Procurator habet nodos vincire iugales:
Non tamen hos nexos domino dat spirituales.

*Arboris civilis decimum ad gradum descendens
peculiaris declaratio.*



Radus, linea, & cōsanguinitatis definitionibus omif-
fis, sciendum quod numeratio punctorum qui sunt
in cellulis, est numeratio graduum habito respectu
ad cellulam yacuum: à qua omnes sumunt nomen,
exceptis his quæ per genitium nominantur. Hanc
Ioan. And. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Pūcti qui su-
periores sunt, computationem iuris cano. denotant. Illi autem qui
inferiorem locum retinent, computationem ciuilius iuris exprimit:
quod canonicò subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prædi-
cta computatione si diligenter inspicitur, apparet quod in ascen-
dentium & descendendum numeratione ius vtrunque cōcordat:
quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem, gra-
dum adducit. Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ
sunt tres regulæ.

Prima, Ascendentium & descendendum quor sunt personæ, de
quibus queritur: computatis inter medijs, vna dempta, tot sunt gra-
dus inter eas. Verbi gratia, Abauus distat à Petrucio quatuor gra-
dus: & sic de alijs.

Secunda (secundum ius civile, cuius tātum gratia hæc arbor fuit
hic impressa) talis est: Collateralium in linea æquali quoto gradu
quis distat à communi stipite, toto duplicato distat inter se, vel li-
bi attingit: vt P. & pronepos propatruū distat. viij. gradibus, cum
abauū stipite facis. Nam secundū leges quælibet persona gradum
facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia collateralium in linea inæquali quot sunt personæ, stipite
dempto, tot sunt gradus. vnde P. distat à propatruo quinque gra-
dibus: ab eius filio, sex: & sic de alijs. Non inutile forsan iudicabitur,
si aliquid de computationis diuersitate interius ciuile & cano-
ni. subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio
facta est, nisi vt hereditas vel successio ab vna ad alteram personam
inter cōsanguineos deferatur. In canonicis verò ob hoc proge-
nies computatur, vt apte monstratur vsque ad quotam generatio-
nem à cōsanguineorum nuptiis sit abstinendum. Hac ei go de cau-
sa, quia hereditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram perso-
nam: idcirco curauit secularis Imperator. in singulis personis singulos
percipere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus nō valent fieri per-
sonis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas.
Hæc habentur plene. c. ij. xxxv. quæst. v. & ferme per totam illam
quæstionem. Et hoc idem not. hic Christoph. Porc. in ver. circa pri-
mum. ibi, secunda differentia. & Ioan. Andreas in declaratione
huius arboris.

*Christophori Porci in arborem e ipsius intelligentiam
quæstiones plurimum vides.*



Ro declaratione iuris cano. & ciuili. & etiam intelli-
gentia huius materiæ, & eorum quæ pertinent ad il-
lam, quædam vidēda sunt. Primò qualiter fiat dnu-
meratio graduum de iure ciui. & de iure canon. secū-
dum vtriusque iuris rationem diuersitate. Secūdo
vsque ad quem gradum deferuntur hereditates & tutelæ. Tertio
vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quar-
to vsque ad quem gradum possit papa dispensare.

Circa primum dicite, q̄ quo ad lineam ascendente nulla est diffe-
rentia inter ius ciui. & ius cano. Vtroque enim iure pater & mater
sunt in primo gradu ascendenti: & similiter filius & filia descen-
denti: & sic supra & infra in infinitum: quia in dinumeratione
graduum in linea ascendentiū & descendentiū, vtrunque ius
habuit respectū ad stipitem, scilicet ad primum parētem: vt hic, cū
glo. xxxv. q. v. ad sedem. In linea transuersali inter ius civile & ius
cano. duplex est differentia. Prima, quia iure civili frater & soror sunt
in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentia
sumitur ex regula iuris ciuilius, quæ dicit q̄ vnaquæq; persona adie-
cta nouum gradum generat, vt hic, in ver. hæctenus. Vnde cum ego
sim in primo gradu patri meo: si nascatur mihi frater vel soror, ex
generatione huius personæ causatur nouus gradus: & consequēter
appellatur in secūdo. Sed iure cano. ideo appellatur in primo, quia
ius canonicum nō cōsiderauit dinumerationem graduum in linea
transuersali habito respectu ad stipitem, id est communem paren-
tem: sed cōsiderauit q̄ duo fratres & duæ sorores tribuunt initiū
lineæ transuersali. & ideo in primo gradu illius lineæ illos cōstituit.
Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quod in li-
nea transuersali sola persona adiecta nouum gradum facit, vt hic.
Iure autem canonico pro regula traditur, q̄ ad causandum nouum
gradum duæ personæ requirantur, dicit. c. ad sedem. Ratio differē-
tiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulæ mat-
rimonialis. vnde sicut ad causandum copulam matrimonialem re-
quiruntur cōcurus duarum personarum: ita ad causandum gradum
quo ad eam. Sed ius civile dinumerat gradus quo ad hereditates &
tutelæ, vnde cum tutela & hereditas deferantur de vna persona in

aliam: nil mirum si vnaquæque persona generat nouum gradum.

A Ista fuit ratio posita in. d. c. ad sedem.
Quo igitur ad inhiendam vel permittendam copulam mat-
rimoniam, dinumerabuntur gradus secūdum ius canonicum: quo
autem ad tutelæ & hereditates deferendas, connumerabuntur se-
cundum ius ciuile.

Circa secundum dicite, quod vsque ad decimum gradum defe-
runtur hereditates & tutelæ: vt vidistis supra titu. j. §. fina. cum sua
glossa. & supra de capitis demi. §. fin. & de legiti. agna. tute. in textu
& in glossa.

Circa tertium dicite, q̄ olim erat prohibita copula matrimonia-
lis vsque ad septimum gradum agnationis vel cognationis inclusi-
ue: hodie autem est prohibita vsque ad quartum gradum inclusi-
ue, dinumeratione facta secundum ius cano. c. non debet. extra de
cōsang. & affi. Sed hic dubitatur. Pone q̄ vnus sit in quinto gradu
transuersalium, alius sit in quarto: an impediatur copula matrimo-
nalis? Si inspicimus personam existentem in quarto gradu, illa im-
peditur. Si inspicimus personam existentem in quinto gradu, per-
mittitur. Dicite q̄ copula est permittenda: quia quoto gradu remo-
tior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente. c.
fi. extra de cōsangui. & affi. Illud tamen est palam, quod inter ascen-
dentes & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infi-
nitum. vnde si Adam viueret, vxorem habere nō posset. §. inter eas.
& ibi glo. §. de nuptiis.

Matrimo-
nium vsque
ad quæ gra-
dum probi-
beatur.

Sed quid de gradu adfinitatis? Dicite, q̄ licet olim ratione adfinita-
tis esset prohibita vsq; ad tertium genus, vt aliqui dixerunt: veritas
tamē hodie est, q̄ solum prohibetur quo ad genus primum: vt no.
glo. ij. in. c. non debet extra de cōsangui. & adfinit.

Sed nunquid per coniunctionem illicitam causatur adfinitas? In
hoc articulo nō parcam in totum verecundiar. Archid. xxxv. q. ij. c.
extraordinaria dixit per hanc dissolui matrimonium: & in hoc bene-
sed non causari adfinitatem, propterea, quia adfinitas est regula-
ritas personarum ex nuptiis descendentiū. l. non facile. §. adfinitas.
ff. de gradus. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur adfinitas.
Sed glo. tenuit contrarium in. §. adfinitatis. de nup. quæ com-
muniter comprobatur per cap. tua. & per cap. iordanæ. & per cap.
discretionem. extra de eo qui cogn. cōsangui. vxo. suæ. Stat igitur
conclusio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur adfinitas.
Sed quid si quis non intravit claustra vultus, in circumitu tamen
palpitauit, vel feras referauit, sed opus non expleuit: an contra-
hatur adfinitas? glo. in. d. c. extraordinaria, dicit quod non. Item
dicit illud, quod non dico. Dicit Inn. quod ad causandum adfinitatem,
requiritur concursus vtriusque sanguinis. Sed tamē causa euitandi
peccati, ius canonicū & sancta mater Ecclesia in dubio præsumunt
ex copula concursus vtriusque sanguinis maris & foeminae interuenisse.
c. iuuenis, extra de sponsa. Adde prædictis, quod si aliquis promiserit
alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulam cum ea
sine alijs verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse
contractum: nec cum alia cōtrahere posset, sed matrimonium postea
cum alia contractum esset dissolueretur. c. is qui fidem. extra de
sponsa.

Adfinitas an
contrahatur
ex coitu illi-
cito.

Circa quartum dicite breuiter, quod in gradu ascendenti & descen-
denti non posset papa dispensare vt copula matrimonialis
contrahatur. Non enim posset papa dispensare quod filia patri
copularetur. Item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non
posset papa dispensare quod fratri soror nubat. Item nec in gradu
secundo linea existente inæquali. vnde non posset dispensare quod
neptis patruo nuberet, vel auiculo. In linea verò æquali bene posset
dispensare vt cōsanguinea cōsanguineo copularetur. & ita cō-
muniter concluditur in capitulo. extra de restitutio. spoliato.
facit capitu. gaudemus. extra de restitutio. spoliato.

Sed an papa possit dispensare vt matrimonium semel contra-
ctum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copu-
lam carnalem consummatum, aut non. priore casu non potest,
posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuerunt duo in carne
vna: secundo verò non. Item quia matrimonium consummatum
fortitur naturam ex constitutione diuina, contra quam non potest
papa dispensare. cap. proposuit. & ibi, supra ius. extra de concess.
præbend. sed matrimonium non consummatum fortitur naturam
ex constitutione Ecclesiæ, contra quam papa bene potest dispensare.
Ista est glossa ordinaria in capitulo. ex publico. extra de conuer.
coniuga. in glossa. fin.

Sed nunquid maritus & vxor possunt se separare? Dicite, aut copu-
la non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest
separare matrimonium per ingressum religionis. secus si copula fue-
rit subsecuta: nisi vterque concordauerit q̄ vterque pariter intret
religionem: vel alter qui remanet in seculo, si talis cōditionis & qua-
litas, quod nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum vt
quia sit atate consecutus. c. quidam. c. verum. c. vxoratus. & c. cum
his præditis. extra de conuersio. coniugato.

Matrimo-
nium semel
contractum
an possit
per papam
dissolui.

DE SERUILICOGNATIONE

Obinatio. Quia supra de cognatione & successione cognatorum libere conditionis di- Etum est: nunc quia naturali iure inspecto inter seruos etiam cadit cognatio: et dubitari possit, an inter seruos esset successio: ideo de seruilicognitione merito subdit. Nec obstat quod inter illum titulum de success. cognatio. et istum sit titulus intermedius de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiam horum titulorum; cognatio non vitatur. l. reos. §. si digestis de duobus reis. Porcus.

Diuisio.

Ilud certum. J Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ponit vtrum serui habeant ius cognationis contractæ in seruitute. Secund. infert ex rationib. præpositis, videlicet qd nō sepe sequit qd qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertiò illa melius declarat. Secunda ibi, Repetit. Tertia ibi, Amotis.

Domine, iam video qd vos vultis tractare de seruilicognitione, & specialem tractatum facere. Nam vos dixistis mihi supra. iij. titul. de success. cogn. circa quos in bonorum possess. vnde cogn. quam prætor proximis agnatis pollicetur, sola naturalis causa spectatur: nunquid igitur cognati in statu seruilis concepti & nati, & postea manumissi, per bonorum possess. vnde cogn. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicem poterūt succedere? Ad hoc respondet Iustinianus quod non. illud enim certum est, eandem partem edicti prætoris, qua bonorum possess. iure cogn. permittitur, ad seruales cognationes antiquitas nō pertinere. Nec enim vlla antiqua lege talis cognatio, quo ad onus tutelæ, vel ad cetera onera ciuilia computabatur. vnde visum erat huiusmodi cogn. seruilis quoad emolumentū success. non computari: nec quo ad onera computabatur. & hæc vsque ad nostra tēpora ita obtinebant: sed nos per constitutionē nostram, quam pro iure patro. fecimus (quod quidem ius patro. vsque ad tempus nostrum satis obscurum atque nube plenum, & vndiq. confusum fuerat) & hoc suggerente humanitate statuimus, vt si quis in consortio seruilis constitutus, ex libera vel seruilis conditionis muliere liberum vel liberum habuerit, vel econuerso mulier serua ex libero vel seruo liberis cuiuscunq. sexus habuerit, & tādē patribus & liberis ex seruilis ventre natis ad libertatem peruenientib., vel dum forte ipsæ mulieres liberæ erant, & ita liberi ab illis nati ingenui, & postea patres qui huiusmodi liberis in seruilis statu procreauerint, ad libertatem peruenierint, statuimus dico in omnibus his casibus, vt omnes hi liberi ad successionem patris vel matris ab intestato admittantur: iure patro. in hac parte penitus sopito. Nam hos liberis non solum in parentum suorum successionem, sed etiam parentes in liberorum mutuum successionem auctoritate prædictæ constitutionis nostræ specialiter vocamus. & hoc obtinere statuimus, siue huiusmodi liberi ex seruilis matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum aliis, qui post libertatem parentum concepti & nati, ad successionem vocentur: siue ex eodem patre, vel eadem matre: siue ex aliis nuptiis procreati fuerint, & hoc statuimus ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptiis procreantur. Et hæc dicuntur vsque ad illum. §. repetitis itaque. Cetera plana sunt vsque ad finem tituli, quia non potest casus poni nisi secundum quod litera iacet, hoc dicit. Franciscus de Aretio.

TITVLVS VII DE SERUILI COGNATIONE.

Cognitionem seruillem, id est sanguinis necessitudinem, quam seruo filij cum parentibus habent, antiqua iura nō adiuuabāt: hodie autem serui nati, & deinde manumissi, non modo parentibus seruan libertate donatis ex intestato succedunt, & parentes eis, sed etiam sibi inuicem, & cum reliquis fratribus ex legitimis matribus, atque in libertate procreatis ad successionem vocantur.

Ilud certum est, ad seruales cognationes illam partem edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio permittitur, non pertinere. Nam nec vlla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutio quam pro iure patronatus fecimus (quod ius vsque ad nostra tempora satis obscurum atque nube plenum, & vndique confusum fuerat,) & hoc humanitate suggerente concessimus: vt si quis in seruilis constitutus consortio, liberum vel liberis habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contra serua mulier ex libero vel seruo habuerit liberis cuiuscunq. sexus: & ad libertatem his peruenientibus, hi qui ex seruilis ventre nati sunt, libertatem merue-

cus de Aretio.

Illud, aliàs est hic Rubrica de seruilicognitione; aliàs non. Accursius. Edicti. Sunt enim quatuor partes successionis ab intestato: vt. ff. quis ord. in bo. pos. ser. l. j.

runt: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in seruitute eos habuerint; & postea ad libertatem peruenierint: vt hi omnes ad successionem patris vel matris ventiant, patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberis non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuum vocauimus, ex illa lege specialiter eos vocantes: siue soli inueniantur qui in seruitute nati, & postea manumissi sunt: siue vnà cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: siue ex eodem patre, vel eadem matre, siue ex aliis qualicunq. copulatione nati sunt ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

Cum de intestatorum successione agitur, liberorum prima habetur ratio: qui eadē si gradus sint remotioris, quocunq. ascendentes & agnatos quantuuis proximiores excludunt.

Repetitis itaque omnibus quæ iam tradidimus, apparet non semper eos qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari: eoque amplius, ne eū quidē qui proximior sit cognatus, semper potiorē esse. Cum enim prima causa sit suorum hereditatis, & eorum quos inter suos heredes enumerauimus: apparet pronepotē vel abnepotē defuncti potio-

Proximitatis nomine, id est cognationis, vt sequitur: vt. ff. vnde cog. leg. j. §. pertinet.

Non pertinere, sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: vt. C. comunia de success. l. seruus, nisi in tribus casibus: vt. C. de his quibus vt indignis. & ad Siliana. leg. penul. & C. de suis & legit. leg. apud hostes. & C. de Orfitia. leg. fina.

Computabatur. hæc videtur mala ratio: cum magis iure prætorio quod naturalē causam intuebatur, deberet computari: vt supra de hered. quæ ab intesta. §. emancipati. quàm ciuili. Sed dic quod etiam ad alia, vt ad tutelam, & similia: nisi quo ad nuptias: vt supra de nupt. §. illud. & digestis de ritu nup. leg. adoptiuus. §. seruales.

Sed nunquid dominus ex sui persona succedit cognatis serui? respond. non vt hic dicitur. Accursius.

ADDITIO. No. ergo acquirit domino ab intesta. sicut ex testamento. Et est ratio, quia ius solum defert hereditatē ab intestato, secundum quod seruus nihil est. l. quod aduert. ff. de regu. iur. sed ex testamento defert voluntas testantis; quam ius sequitur. Aliud tamen est in monacho & monast. vt. l. Deo nobis. C. de epif. & clericis.

a) Sed illud procedit ex fictione postliminiu i. bi. not. Ang.

b) Nota quod in seruis quo ad matrimonium impedimentū etiam post manumissionē debet esse cognitio. vt. d. §. illud. quia etiā dicitur esse affinitas: vt. d. §. seruales. Angel.

† Nostra tempora. loquitur Iustinianus.

‡ His. scilicet parentibus.

§ Ipsi. scilicet parentes.

¶ In seruitute. id est donec serui erant.

‡ Peruenierint. scilicet parentes.

Veniant. aliud si liber factus seruus iterum manumittatur: vt. ff. vnde cogn. l. is qui contra. & §. de cap. demi. §. quod autem. quia est ibi quod sibi imputetur. Sed nunquid etiam iste qui est in. l. is qui. hodie succederet naturali causa inspecta: vt. C. de suis & leg. here. auth. in. successione: R. n. non, secundum Ioan. quia prætor naturalē causam intuebatur: & tamen non vocabat eum, vt dictum est. Item contra. C. de suis & legit. l. ex libera. So. hic nouum ius. Vel ibi loquitur quādo nec de facto erat matrimoniu. Vel ibi quo ad honores loquitur, hic quo ad successiones.

In alterius successionem. i. parentes libetis & econtra, excluso patrono: & hoc secundum omnes. Item libertum vnū alteri eidem patri suo, & ita frater liberti præfertur patrono, & hoc secundum quosdam, vt hic. Sed Ioan. contra: præfert enim patronum fratris: vt. ff. de bo. li. l. liberti. & ff. de suis & legi. l. intestato. in princ. & §. tit. j. in §. sed nostra. versic. fin. autem sine.

Ex illa lege. si supra dicta Græca. Accursius.

Repetitis. hic. §. communis est ad omnes tit. §. hoc lib. iij. positos, & idem in sequenti prox. §. Sic & alias. §. de success. cog. §. vlt. & ad Orfi. §. fin.

Tradimus. à principio tertij libri.

Enumerauimus. vt curiæ datos, & emancipatos: vt. §. de hered. quæ ab intesta. §. j. & §. quibus connumerati. & §. emancipati.

† q. d. seruos non habere cognationē, qd fallit quod ad matrimonia. Accursius per.

c) Hæc non est bona: quia nō apparet expressio de correctione: vt ar. l. præcipim. in fi. C. de ap. d) Ista cōmunitate approbatur per doct. hic.

a Fuerit. hoc subiuitur.

b Ex femineo sexu. qui tamen cum deminutione tertie partis succedit huius legis tempore. s. de here. quæ ab intest. §. item vetustas. verfi. diui. hodie sine deminutione: vt in authen. de triente & semis. §. nec non. coll. j.

c Amoris. id est cessantibus suis. fallit adhuc hæc regula, qui prior est in gradu &c. vt. j. eo. §. totiens. Accursus.

d Integrum ius habet. id est capite minutus non est. sic supra de successi. cog. j. respon. in fi. nam secus esset si esset capite minutus: quia illæ successiones quæ veniunt ex. l. xij. tabu. pereunt permitti. cap. demi. vt. s. de senatufcon. Orfit. §. sciendum.

e plerumque. propter fratrem & sororem emancipatos: vt. j. eo. ibi. exceptis. Item propter quosdam cognatos, qui vocantur vt agnati: vt. s. de legit. agnat. succel. §. hoc etiam. Item propter patrem qui filium emancipauit: vt. s. de leg. ag. succel. §. fin.

f Nepos. qui est in v. gradu agnationis.

g Pronepos. qui est in sexto gradu agnationis.

h Auunculo, vel matreterre. qui sunt in tertio gradu cognationis.

i Præferitur. in successione eius qui tales habet agnatos.

k Totiens. no. regulam bonam: vt. C. cõmunia de succel. auunculo. & C. vnde. l. i. ij. & ad eius euidentiam nota. tres esse ordines succedendi, scilicet inferiores & superiores, & ex latere venientes: vt in authen. de here. ab intesta. in principio. coll. ix. Primo descendentes in infinitum vocantur: vt. s. de here. quæ ab intesta. §. j. & in authen. de hered. ab intesta. §. j. coll. ix. His cessantibus vocantur ascendentes, primò pater & mater, secundo auus & auia, sic deinceps: sic tamen, vt fratres ex utroque parente defuncto coniuncti, cum his superioribus vocantur: licet quidam dicat cum patre & matre tantum eos vocari: & alios superiores pro nobis est authen. de hered. ab intesta. §. si verò cum ascendentibus. coll. ix. & ff. de suis & leg. l. ij. §. hereditas. Superioribus cessantibus: primo frater ex utroque parente, & eorum filij. Secundo ex altero tantum, & eorum filij. Tertio hæc regula obtinet: vt qui prior est in gradu &c. vt hic, & in authenti. de hered. ab intest. §. si reliquum. & §. si verò ne que frater. & in authen. vt fratrum filij. §. j. coll. ix. Accursus.

A. D. D. T. I. O. Dic quod hodie est sublata differentia agnationis & cognationis: vt in. d. §. j. in authen. de here. ab intest. ve. col. ix. Christophorus.

a) Nota singulariter lam. i. quia post nepotem quando concurrit cum patruo vel auunculo: qui prior est in gradu: potior est iure. nec assumit personam patris sui. patet ibi quod auunculus qui est in tertio gradu, præferitur fratri consobrino qui est in quarto. licet glo. j. tit. x. §. multum in vel quoad v. gradum. aliter dicitur: sed ibidem dicitur Ang. Legit. quidam de successione in bonis libertorum. Sic. ff. de bo. libert.

rem esse, quàm fratrem aut patrem matremque defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (vt supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater verò secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non: quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex femineo sexu propagatus est.

Nouissimo tamen iure, agnationis & cognationis sublato discrimine, omnes simul æquo iure succedunt: ita tamen vt eorum prior habenda sit ratio qui sunt gradu proximiores.

Amotis quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocari diximus: agnatus qui integrum ius habet agnationis, etiã si longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quàm proximior cognatus. Nam patruus nepos vel pronepos auunculo vel matreterre præferitur. Totiens igitur dicimus aut potiorum habere eum qui proximiorum gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos qui cognati sunt, quotiens neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque agnationis iure aliquis præferri debeat secundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur ceteris vltioris gradus agnatis.

TITVLVS VIII. DE SVCCESIONE LIBERTORVM.

Olim patronus habebat ex lege duodecim tabularum ius in bonis liberti solum ab intestato, nullo suo herede relicto. Aret.

Vnc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberti patronum suum impu-

Tradidimus. vt. s. §. proxi. & hoc eo. §. Exceptis. excipit ab eo quod. s. dixerat, qui integrum &c. Præferuntur. vt. s. de succel. cog. j. respon.

DE SVCCESIONE LIBERTORVM.

Supra de successione ingenuorum visum est. Et quia in bonis libertorum est Continuatio.

ne testamento præterire. Nam ita demum lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esse libertus herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis eius iuris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela. Si verò adoptiuus filius fuisset, aperte iniquum erat nihil iuris patrono superesse.

Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat, non solum herede intestato, sed etiam ab intestato relicto filio adoptiuo. Ipsum tamen patronum excludebant liberti, siue essent in potestate, siue emancipati, siue etiam in adoptionem datum modo instituti essent, aut præteriti bonorum possessione petissent. Aret.

Qua de causa postea prætoris edicto hæc iuris iniquitas emendata est. siue enim faciebat testamentum libertus: iubebatur ita testari, vt patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret: & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio. Siue intestatus moriebatur suo herede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipatis, & in adoptionem dati: si modò aliqua ex parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto prætorio petierant. nam exheredati nullo modo repellebant patronum.

solebant Hoc iure prætorio: nam de primo non erat dubium: vt sibi. itaque intestato &c. Ad excludendum patronum. s. in totum. Naturales. & legitimi. In adoptionem dati. si instituti erant, vt sequitur. aliàs nec contra tabulas datur eis: vt. ff. de contra tab. l. non putauit. §. in adoptionem. Repellebant. quia pro mortuis habentur: vt. ff. de coniu. cum emancipa. lib. l. j. §. sed & si patruus. nec à iure civili respiciuntur: vt in authen. de here. & Falc. §. exheredatos. coll. j.

dare successionem: ideo de his subit. vnde nota quod dicitur hic Accursus de successione libertorum, passim accipi, id est qualiter succedatur eis, non actiue, id est qualiter ipsi succedant aliis.

Vnc de libertorum. Diuisio. Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò circa successionem libertorum ponit duplex ius antiquum. Secundo ponit statutum circa successionem: & quod vique ad quartum gradum agnati patronorum succedunt liberto. Tertio ponit aliam nouam constitutionem circa personas & genera libertorum. Secunda ibi, Sed nostra Tertia ibi, Sed hæc. Aretinus.

Nunc. quia hucusque de bonis ingenuorum dixit. Olim. scilicet lege duodecim tabul. & hoc est primum ius. quatuor enim sunt, vt hic, & j. §. j. & §. postea. & §. sed nostra.

Impune. id est sine timore testamenti rumpendi. Accursus.

Ita demum. & non aliter. Heredem. naturalem, vel adoptiuum: vt. j. in iur.

Nihil. i. nullum ius, secundum Ioan.

Ex naturalibus. ad differentiam adoptiuorum.

Querela. id est non poterat patronus conquiri. Accursus.

Qua de causa postea, secundum ius.

Iuris iniquitas. dic vt. s. ad sen. con. Tertyl. in principio.

Libertus. nullum filium habens legitimum & naturalem: vt. j. eo. §. prodesse.

Dimidiam. nisi in castis sint bona quæ sita: vt. ff. de bon. lib. l. iij. §. patronus. Accur.

Bonorum possessio. vnde legitimi: vt infra de bonorum possessionib. §. cum que.

Et sic ad optiuus est suus heres. sic. s. c. ver. si vero. & supra de hered. que ab intest. def. §. i. Aegid. Per.

do tractatur de portione sua, cui accretur computatur enim in numero filiorum: vt faciat augeri legitimam fratrum. secus si frater minor & filia dotata per statutum succedere priuata: quia non possunt Aug.

Postea.

a Postea. Tertium ius.
b Cautum. l. l. Papia, & malè: vt & aliàs. C. de caduc. tol. in prin. Acc.
c Deberetur. ex lege Papia.
d Sed nostra. quartum ius.
e Omnium notione. aliàs omni natione: aliàs omnium notitia.

f Composuimus. & huius, vt credo, habetur metio in multis locis: vt. s. titu. j. de ser. cog. in prin. & s. de leg. ag. luc. s. finali.

Centenarius. Centenarius est qui olim census dicebatur de quo memini medixisse tit. de. l. falc. inde centenariu est. C. mille susterioru, vel ex definitioe Iustiniani. C. aureoru quantitas. & ita accipiendū est q̄ Suidas scribit in hunc modum: *κεντηνάριος, νομισματικὸν ποσότῃς*, & q̄ alio in loco cum Prisci cuiusdā E. meseni fallacias describit, *ἑξωτὴν ἡμέραν ἢ ἐξ ἑξωτὴν κεντηνάρια*, vbi etiā plura notat de origine præscriptionis centu annoru p̄tinetia ad. l. vlt. de sacr. eccl. C. Cuiā.

g Sic enim. interpositio est.

h Nullum locū. & in hoc nō corrigitar lex Papia. Et nota. quōd̄ prodest paupertas filio liberti. sic & aliàs. C. de episc. & cleric. si quis ad declinandā. s. in autē. in glos. pauperior. ADDITIO.

Nota q̄ paupertas prodest: sed à tali prodesse libera nos Domine. de quo in. l. cum nō facile. in glos. fina. ff. si cui plus quā per legem Falcid. & in. l. si quis ad declinandā. s. j. C. de episcopis & cleric. & in authē. cui relictu. C. de indic. viduit. tollenda. Angel.

i Fecerint. s. isti liberti minores centenariis.

k Reseruant. s. nostra cōstitutio. s. vt in totū succedat: vt. s. eo. in prin.

l Bonorum possessores. id est filios emancipatos: vt s. de here. quæ ab intest. s. emancipati.

m Habeant. s. liberti.

n Ad eos. scilicet libertos libertorum: qui tamen heredes instituti si se abstinerint, vel mixtū hereditati, in integrum restituti fuerint, dabitur patrono ius succedendi: vt. ff. de bo. lib. l. & si ex modica. s. si filius.

o Omnibus modis. sed nunquid e contra moriente filio qui est libertus, præponitur pater patrono? Respond. sic: vt. s. titu. j. de ser. cog. in si. j. respō. ADDITIO. No. quōd̄ sicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiā per parentes liberti. & idem notat glossa. s. titu. j. in fine. in verbo, alterius. Angelus.

p Vocauimus. etiā ante fratres liberti: qd̄ dic vt. s. tit. j. in si. j. respō.

q Fecerint. scilicet ad extraneos.

r Mater, siue auis. quorum præteritio pro exheredatione habetur: vt. s. de exhereda. liber. s. mater.

s Non possint. quia iusta causa ingratitudinis intercessit: quæ sunt inofficiosi xliij. vt in authen. vt cum de ap. co. s. causas. col. viij. quo casu nullo iure agunt: vt in authen. de immen. do. s. fin. in fin. col. vij. Sed quid si filium emancipatum pater prætereat sine causa, vnde contra tab. habet, non autem querelam, videtur admitti patronus: Sed respon. hic large accipi de inoff. vt etiam continet per contra tab.

Per legem Papiā patronus vocabatur ad successione liberti vna cū filiis ipsius liberti pro virilini si tres vel plures fuissent liberi, vel libertus minus centum aureis habuisset in bonis: siue decesserit intestatus, siue cōdito testamento. Aretinus.

Postea^a verò lege Papia adaueta sunt iura patronorū qui locupletiores libertos habebāt. Cautum^b est enim vt ex bonis eius qui tertiorū centum miliū patrimoniū relinquerat, & pauciores quā tres liberos habebat: siue is testamentum factū, siue intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaq; cū vnū quidem filiū filiāve heredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine vllo filio filiāve intestatus decessisset. Cum verò duos duāve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

Lex Iulia repetundarum. quæ habet locum quando index per pecuniã facit aliquid, vel omittit: vt. ff. ad leg. Iuliam repetundarum. l. iij. s. vj. & vj. Esulentum tamen potest accipere iure veteri: dummodo non nimis magnum: vt. ff. de offic. procon. l. solent. in fi. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium, vt in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. s. scriptum est exemplar huius. versic. quapropter. ibi, aut si non est. coll. ij. Pœna autem huius legis est ciuiliis in quadruplum: vt. C. ad l. Iul. repetundarum. l. j. criminalis extra ordinem: vt. ff. ad leg. Iuliam repetundarum. l. lex Iulia. s. hodie.

Lex Iulia de annona. hæc lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior sit: & est pœna in eum statuta viginti aureorum: vt. ff. ad leg. Iul. de annona. l. ij.

Lex Iulia de residuis. & hæc lex habet locum quando aliquid superfuit ex aliqua administratione publica, & ipse in vsum suum conuertit, cui erat illa administratio commissa: vt. ff. ad leg. Iuliam pecu. l. ij. & iij. s. lege. Pœna autẽ huius legis est tertia parte amplius quàm debet. quod Pe. sic dixit, vt esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte: quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli: vt ff. ad l. Iul. pecu. l. iij. s. sed & qui pecuniã in fin. maxime quia pœnæ restringendæ sunt: vt. ff. de pœ. l. interpretatione. A D D I T I O.

Not. quòd in istam legem incidunt officiales siue camerarij qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinent: quia tenentur ista lege & pœna supra dicta. Et etiam aduertas, quòd ista pœna & lege tenentur officiales qui vnam collectam impositam in communi, destinatam pro vsu & necessitate communis, ipsi conuertunt dictam pecuniã in alium vsum: quia etiam si esset pro necessitate communis, tamen incidit in istam legem: vt est casus in l. ij. ff. ad leg. Iul. pecu. secundum Angelum.

Subiicitur. scilicet leges prædictæ quatuor. vel dic quòd loquitur indefinite, vt patet in inferioribus.

Earum. scilicet legum. nam in contractibus & aliis quæ debent de iure fortiori effectum, & non fortiantur, iudicat lex non valere: vt. C. de legi. & con. l. non dubium. Item in criminalibus variæ constituantur pœnæ: quarum quædam sunt ordinariæ, quæ scilicet habent certam pœnam aliqua lege inductam, vt patet per multas rubricas. ff. de publicis iudic. & in sequentibus. Aliæ sunt extraordinariæ.

Phanium vocant hæc leges Beroaldus, Perotus, Cateilianus Corra: Flauianus vero quid magis placet Pomponius Læus vir ætatis suæ doctissimus, à Flauio quodam tribuno plebis. Fauis autem alij, b) Dic Io. Fab. quòd hoc non est verum: vt. l. in eos. ff. de iure. & in auth. vt iudici sine quolust per totũ, & ff. de mu. & ho. l. estimatione. tu autẽ dic pro honore sine administratione cõsequenda bene dari non autem cum administratione: secundum Bar. & Ange.

Lex Iulia de ambitu. quæ habet locũ in quatuor casibus. Primò si quis dederit clam pecuniã, vt aliquem fortia-

Lex Fabia de plagiariis quãdoque pœnam capitis, quandoque leuiorẽ irrogat, secundum. Ange.

Est & inter publica iudicia lex Fabia de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem.

Lex Iulia de ambitu, repetundarum, de annona, & residuis, quæ in diuersis capitulis loquuntur, diuersas pœnas (præterquam mortis) inferunt. Areti.

Sunt præterea publica iudicia, lex Iulia de ambitu, lex Iulia de annona, & lex Iulia de residuis: quæ de certis capitulis loquuntur, & animæ quidem amissionem non irrogant, aliis autem pœnis eos subiiciunt qui præcepta earum neglexerint.

Iustinianus finem facturus, amplio rem publicorũ iudiciorum determinationem Digesta conuincere dicit Ange.

Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, vt vobis possibile

fulc: vt. ff. de offic. proconsulis. l. antepen. Vel dic ibi facibus, id est sex mensibus: quia tantum durabat eius officium. Accur sus.

Lex Iulia repetundarum. quæ habet locum quando index per pecuniã facit aliquid, vel omittit: vt. ff. ad leg. Iuliam repetundarum. l. iij. s. vj. & vj. Esulentum tamen potest accipere iure veteri: dummodo non nimis magnum: vt. ff. de offic. procon. l. solent. in fi. sed iure nouo non, nisi quando deficeret salarium, vt in authen. vt iudices sine quoquo suffrag. s. scriptum est exemplar huius. versic. quapropter. ibi, aut si non est. coll. ij. Pœna autem huius legis est ciuiliis in quadruplum: vt. C. ad l. Iul. repetundarum. l. j. criminalis extra ordinem: vt. ff. ad leg. Iuliam repetundarum. l. lex Iulia. s. hodie.

Lex Iulia de annona. hæc lex locum habet quotiens quis facit vt annona carior sit: & est pœna in eum statuta viginti aureorum: vt. ff. ad leg. Iul. de annona. l. ij.

Lex Iulia de residuis. & hæc lex habet locum quando aliquid superfuit ex aliqua administratione publica, & ipse in vsum suum conuertit, cui erat illa administratio commissa: vt. ff. ad leg. Iuliam pecu. l. ij. & iij. s. lege. Pœna autẽ huius legis est tertia parte amplius quàm debet. quod Pe. sic dixit, vt esset in quadruplum. Vel dic amplius tertia parte: quia punitur in simplum, & in tertia parte simpli: vt ff. ad l. Iul. pecu. l. iij. s. sed & qui pecuniã in fin. maxime quia pœnæ restringendæ sunt: vt. ff. de pœ. l. interpretatione. A D D I T I O.

Not. quòd in istam legem incidunt officiales siue camerarij qui habent ex administratione publicas pecunias, & finito officio aliquid retinent: quia tenentur ista lege & pœna supra dicta. Et etiam aduertas, quòd ista pœna & lege tenentur officiales qui vnam collectam impositam in communi, destinatam pro vsu & necessitate communis, ipsi conuertunt dictam pecuniã in alium vsum: quia etiam si esset pro necessitate communis, tamen incidit in istam legem: vt est casus in l. ij. ff. ad leg. Iul. pecu. secundum Angelum.

Subiicitur. scilicet leges prædictæ quatuor. vel dic quòd loquitur indefinite, vt patet in inferioribus.

vt. ff. ad senatuscon. Turpil. l. & in priuatis. & ff. de extraordi. cri. l. j. & in sequentibus titul. vsque ad titul. de pub. iudi.

[sed de publicis iudiciis.] CASVS. Dixi Iustiniano: Domine, quare tantum de publicis iudiciis tractastis, & tot exempla de eis posuistis? Frater (respondet dominus Iustinianus) hoc fecimus ad utilitatem vestram, scilicet vt

* Summo digito & quasi per indicem oratio est certe elegans metaphoricè sumpta & translata, vt innuat hic se Iusti. perstrinxisse & leuiter attigisse. nã qd

de eis aliquam notitiã generalem haberetis, siue cognitionem: sed plena eorum cognitio siue scientia ex latioribus di-

git summo digito, & quasi per indicem ea tetigisse: alioqui diligentior eorum sciẽtia vobis ex-

gestorum libris Deo propitio aduentura est. Modo autem sufficiat vobis hæc summo digito & quasi per indicem tetigisse. Et nota qd per hæc duo verba, aduentura, & summo digito, duo dat nobis intelligere: scilicet profuuditatem, per hoc quod dicit, summo digito, & beatam spem, per hoc quod dicit, aduentura. hoc dicit, Franciscus de Aretino.

a *Summo digito.* id est longiori digito, cum quo quis tangerẽ potest altius quã cum aliis: qui dicitur medius. Accursius.

b *Per indicem.* id est per alium digitum, qui dicitur index. Vel dic, & melius, quod hæc dicta sunt, vt sint index siue demonstratio aliorum dicendorum: sicut & sub gallina ouum dimittitur, vt

latioribus Digestorum seu Pandectarum libris deo propitio aduentura est. c

tum librum vsque ad titulum de appellationibus, qui sequitur. Accursius Floren. ADDITIO. Velit rex cœlestis nostra crimina omnia & priuata & publica tollere: ne nos æthereas ad sedes impediãt ascendere. Amen.

leuiter voluimus attingere, id summo digito, id est digiti summitate facere solemus: & per indicem quasi per capita & summam dixisse videtur: vt not. Alciat. ad fi. lib. 4. de verb. sig.

F I N I S.

Ægidij

Aegidij Perrini Arremarenfis, in Iustiniani

VITAM, AD CLARISSIMUM VIRVM

Ioannem Raguyrum, abbatem Arremarensem

Epistola nuncupatoria.

In Iustiniani principis res gestas memoratu dignas, en diuersis sparsas auctoribus, summa vigilia curaque nuper à nobis collectas, & in unum veluti fascem compressas, tibi offerimus (clarissime vir) vt & ipsius Imperatoris, & eorum quibus cum illo vel intercessit amicitia, vel efferbuit bellum, varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionem, variâsq; virtutes cõtemplari queas: atque adeo, vt rerum omnium memorabilium per id temporis gestarum multiplici notitia mentem recrees: magna enim te historia oblectatione (vt ceteras tuas virtutes omitam) teneri in confesso est. In quas ego totus iampridem incubuissem, nisi earum prædicationi vnicam tuam reluctari modestiam subinde viderem. Quæ huiusmodi certe est, vt cum laudanda libenter facias, ea tamen fecisse te non libenter audias. Ab his igitur (quoniam ita velle te haud dubiè scio) prudens faceffo, simulque te oro, vt si quando labor hic noster (quem tua suscepi causa) inuidiæ multitudinis iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus imperatur, quod vitare nemo mehercle poterit, nisi qui nihil omnino scribet, eius tu in primis assertor mihi sis, atque propugnator. Vale.



Iustinianus maior, Iustini primi ex forore nepos: genere Thrax, ignotis parentibus & obfcuris natus, maiores nullos habuit claros, sed vel armentarios tantum, vel fuarios. In pueritia Iustini auunculi, ex boum custode gregarij militis facti, satelles fuit pedissequus. hinc Iustino ex gregario ad imperatoriũ culmen fraude sublato, per oēs dignitatũ honores gradatim ascendens, ab eo est ad prætorij præfecturã euectus, cõsulq; designatus. Nono autẽ imperij anno Iustinus eundẽ adoptauit primũ, dein cõsortem imperij fecit: & quarto post mense decessit. Quo vita functo, Iustinianus imperauit solus. Non ergo naturalis Iustini filius fuit Iustinianus (vt voluit glos. in proce. Insti. & alius quidã non indoctus) sed adoptiuus solũ, & ita intelligi debet textus in §. est & aliud. de donat. & in §. penulti. quibus nõ est permiff. facere testa. Instit. ciuil. Inciderunt autẽ Iustiniani principatus primordia in eum qui quintus & viceffimus fuit supra quingentesimũ humanæ salutis annũ. Quo autẽ auspicio ad imperatoriã peruenire dignitatẽ, scribit Ammonius monachus libro secũdo, vbi multa narrat quæ à fide historica mihi videtur prorsus aliena: atq; in primis Iustinianũ ipsum post acceptum imperium vulgare scortũ sibi matrimonio copulasse, & ob id in grande suorũ procerum odium incidisse, ac plerosq; ex eis capitali sententia dãnasse. Duas habuit vxores, alteram Antonia (si Ammonio credimus) Antoninæ Belisarij vxoris sororem, quam priuatus in deliciis habuerat cõcubinam. Alterã verò Theodora, cuius ab eo frequens fit in Authenticis mentio: & huius meminerunt plerique omnes, præter Ammonium, historici qui de Iustiniani rebus scripsere: nihil tamen hic penitus liberorum ex duabus reliquit vxoribus, præter vnicã filiam Iustini junioris matrem. Nec mirum. vsu enim sæpe venit quilibet ppẽ illustrium virorum aut sine liberis interire, aut tales plerumq; filios habere, vt melius fuerit rebus humanis consultius, si sine posteritate decessissent. Sed vt propositum repetamus opus, plurima certè & maxima bella, non suo, sed legatorũ suorũ Marte gessit Iustinianus. Nam per Mundum sui exercitus ducem Dalmatiam inuasit, & Solonam urbem munitissimã vi cepit: in qua victoria Mundus ipse cum filio suo occisus est. Manros quoque Africam infestantes, ductũ Ioannis præfecti sui oppressit. Inde Belisarium patricium hominem Græcum, militaris disciplinæ peritissimum, in Persas rebelles cum exercitu misit, quos ille breui deuicit, & iura imperij Roma. toti Orienti asseruit. cum victoria redeuntem, & aureo curru triũphantem, magna lætitia Iustinianus excepit. idẽmq; dux triũpho insignis, & bello clarus, in Africam mox profectus, Vandalorum gentem deleuit, & Gilimerem eorũ

regem vi cepit, catenisq; aureis vinctum (quod ferro ligatum eum se non ducturũ promississet) Constantinopolim vnã cum vxore & regia familia in triũphum egit, Anno. 74. vt scribit Volaterranus, vel (vt Paulus Diaconus vult) 96. ex quo Gensericus in Africam primũ ingressus est. Cum autem ad cõspectum imperatoris venisset, iussuq; esset rex adorare Iustinianum, fertur eum pleno ore semper risisse, atq; interrogatum, dixisse ridere se fortunæ humanæ vicissitudinem, vt qui modò rex fuisset, iam seruiret. Hic Belisarij triumphus maior fuit, quàm Persicis, & preciosior. Supellex enim regis distincta auro lapillisq; & margaritis, ac septem vasa auro plena, & nonnulla gemmis, in triumphum acta sunt, vt scribit Põponius Lætus in rebus Gothicis. Post hæc Africã repetens, Vandalos redintegratis viribus bellum renouantes, Iustiniano subdidit, ac penitus deleuit, interfecto eorũ rege Guntarich sub pacis dolo. (Nam dolus an virtus quis in hoste requirat?) Victor inde Romã reuersus, Crucem auream librum centum preciosis gemmis ornatam, in qua res ab eo gesta celata fuerunt, diui Petri Basilicã obtulit. Hic Vandalorũ finis fuit, anno videlicet quinto supra centesimum ex quo Africam primũ occupauerant, vt ipsemet Iustinianus scribit in l. i. in princ. C. de offic. præfe. præto. Afri. & in proce. Insti. §. i. cum ait, Post tanta temporum spatia. Quãuis Procopius dicat Vandalorũ finem fuisse capto Gilimere: quod verum esse nõ potest, cum postea, vt diximus, vires ipsi redintegrarint. Ob quas tã insignes victorias memorabile illud templum quod *ἐξέλιξι σοφίας* Græci vocant, id est sanctã Sapientiam, Christo optimo maximo (est enim Christus patris sapientia) Constantino poli incomparabili magnitudine construxit. Condidit & sanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatum. His Iustiniani successibus perculsus Theodatus Gothorum rex, per legatos conatus est bellũ quod ei à Iustiniano imminebat, deprecari. Nam cum Amalasintha mulier cordata, & Iustiniano confœderata, mortuo Athalarico. eius filio Gothorum rege adhuc impubere, eum in regno sociũ adsciuisset, isq; beneficij collati immemor, ipsam iussisset necari, audita Iustinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarsit iracundia. Sentiens ergo Theodatus sibi infensum esse principem, apud eum factorum impunitatem impetrare adnixus est, nec eam obtinuit: fuissetque ei continuo bellum illatum, sed vt sine maiore Italia motu ea res conficeretur, legati in Galliam missi sunt à Iustiniano ad Clodomirum Francorum regem, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, vt Theudebertus (alij Theodebertus) vocant) eius necessarius ex Narbonen. Gallia nihil moueret, dum in Italia bellaretur. Hac igitur cura leuatus Iustinianus cõceptas contra Theodatum belli vires in Vitigem (Theo-

Iustinianus
Belisarij filius.

Ammonio monachus.

Iustini meretricis duxit vxorem.

Magni plerumque viri filios habere inuitiles.

Belisarius.

Gilimer rex.

Guntarich rex.

Procopius.

Sophiæ templum.

Theodatus Gotho, reat Amalasintha.

Clodomires hic rex erat Aureliorũ, filius Clodouet regis primi Frãcorũ Christiani. Theudebertus.

rus rex Me-
tensium &
Galliæ Nar-
bonæ. Clodo-
uei ex fra-
tre nepos.
Vitigis Got-
thorum rex.

Theodoricus
Clodouei fi-
lius.

Bucellinus.
Amingus.

Totilas Got-
thorum rex.

Totilas sig-
gellum dei
cognomina-
tus.

Symma-
chus.
Boetius.

dato interim è medio sublato) conuertit, & Belisariū ad liberandam Italiam contra Gotthos mittit: qui Neapolim primum vi cepit, hinc Romā cum exercitu volente populo ingressus, varia belli fortuna cū Vitige sæpe conflictit: ac tandē eum apud Rauennam cum vxore, liberis, præcipuisque Gotthorū proceribus, ac magna vi auri atque argenti captū ad Iustinianū Constantinopolim deduxit. Narrant historiarū scriptores (atque in primis Procopius) Theudebertū Francorū regem, foederis cum Iustiniano prius isti vel immemorē, vel potius violatorem, huius belli initio octo decim Burgundionū milia in Vitigis auxiliū misisse: quē Vitigem cū Belisarius uicisset, Frācos quoque ipsos belli socios & auxiliares uicisse creditur. Adde quod idē Theudebertus Francorum rex (vt scribit Procopius) cū sexaginta hominū milibus, vel (vt Volateranus) Theodoricus huius Theudeberti pater, cū armatorū milib⁹ octoginta in Italiā postea ueniēs, & Gotthorū & Belisarij copias improuiso impetu dissipauit, & mox cū pabuli penuria in varios languores inciderint, (vt est Gallorū fatum Italiā in festo agmine petentiū) cum paucis est in Galliā reuersus, dimissis in Italia Bucellino & Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto post tēpore à Narsete superati & occisi cum reliquo exercitu in Italia fuere, vt scribunt Anto. Sabel. Procopius, & Paulus Diaco. Ob quas uictorias Iustinianus forsan se Francū vocat, quāquā Ioan. Eubrotū satis historiæ gnarus, in proœ. Insti. ciuiliū, non de nostra, sed Germaniæ Francia Iustinianū cognomēto Francum dici falso putat. Nā ante tempora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Francos ipsos Sicambros, seu (vt Faber uult) Germanicos in penitiorē commigrasse Galliā, eamque totā fere occupasse, nemo vel mediocriter doct⁹ ignorat. Procopio ad stipulatur Blondus Foliniēsis de inclinatione imperij Romani, Francos à Iustiniano uictos esse adferens. Ad hæc Rhegino monach⁹ libro Annaliū. i. auctor est, Narsetē Iustiniani patricium cū Bucellino & Amingo Theudeberti Frācorū regis ducibus (qui Italiā deprædabantur) pugnasse, eosque interfecisse. Rhegini subscribit Ioan. Tritemius de origine Francorū: & ipse etiā Ammonius, ac Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eosdē Francorū duces prope Tarentum fuisse à Narsete oppressos adfirmās, vel, vt Rapha Volaterr. scribit, apud Canetū Capaniæ oppidū. Scribit Procopius in lib. 2. de bello Gotthico, Belisarium in huius belli initio hæc ad Theudebertū scripsisse: Sati⁹ est, secure sua vt quisque possideat, quā dū aliena nimis appetit, de suis rebus periclitetur. Superato, Vitigie, Gotthi qui p Italiā remāserāt, absente Belisario regē sibi eligunt Totilā magni animi virum, qui confestim Florentiā obsedit, sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est: qui cum paruo interiecto tēpore Neapolim cepisset, Belisarius ad curā belli Italiæ rursus à Iustiniano delectus, in Italiā reuēsest. Interim Totilas rex, Italiæ ciuitates miris cladibus direptionibusque afflixit, Romamque in fensō agmine ingressus diripuit, incēditque, & partē murorum euertit; cuiusque varie lactauit, & urbē penitus desolatam, ac sine vllō habitatore reliquit. Narrat Procopius, Romā quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammā pari crudelitate Florentiā in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus, dei flagellū cognominatus est; vt scribit Rapha. Volaterr. in gestis Gotthorum. Verum Platina in Leone primo, nō hunc, sed Attilam stāgellum dei uocatum esse uult. Blōdus Forliuionis de inclinatione Roma. imperij auctor est, capta à Totilā urbe, Rusticiā nobilem mulierem romę inter mendicantes inuentam, in iudicium à Gotthis fuisse arreptam, quod Theodoricus regis statuas frangi fecisset in patris sui Symmachii & Boetij coniugis uisionem, qui Theodoricus ipsi fuerant interfecti. De facto nihil

ambigebatur. cæterum mulieris pietas, & amor in defunctos, plus ualuit apud Totilam, quàm regia maiestas. absoluta a rege est, ac ne qua vis illi fieret, diligenter cautū. Scribunt Procopius & Pe. Crinitus, Belisarium ad Totilā cum is de euertenda urbe Roma cogitaret, vt eum à tam infando consilio deflecteret, literas his uerbis misisse: Si hoc bello uictoria ad te declinabit, Romamque deleueris: rem haud sanè alienam, sed tuā perditum ibis. sin uictus eris: seruat urbe gratias immortales, deleta uero humanitatē nullam à uictore expectare debes. Vale. Quam quidē epistolam refert Procop. Totilā sæpe perlegisse, æquūque animo eius admonitionē accepisse, & ab incepto diruendæ urbis opere desituisse. Verum cum media iam plus parte deflagraret, tota fere incendio consumpta est: vnde & Francorum rex Totilæ eius filiā obnixius vxorē petenti, nuptui dare noluit: quod diceret eum nō esse Italiæ regem, qui Romam rerum dominam & Italiæ caput incendisset. Belisarius autem Romam desolatam protinus occupat, & incredibili celeritate muniuit. septem enim & viginti dierum spatio, fossa, vallo, propugnaculis, omnifariamque munitionib⁹ aduersus omnē vim extrinsecā, hostilemque impetum, ipsam urbem instruxit, Totilamque iterum reuertētem magna vi repulit: quem si fugientē Belisarius fuisset persecutus, Gotthicę uictorię laudem Narseti ademisset. post cuius digressum, clauēs urbis Constantinopolim ad Iustinianum misit, vt sciret urbem iterum à se in libertatem esse assertam. Denique cum imparē uiribus se esse cerneret, nec fortuna quę ab initio fuit perseueraret, per Antoninā vxorem, quam ipse præmiserat, à Iustiniano missionem impetrauit, vt scribit Procopius. Alij à Iustiniano reuocatum fuerunt ob falsā affectati imperij suspicio nem: quod scilicet Vitige capto, Gotthi ei omnes regnum Italiæ obtulissent: quod tamen, vt scribit Procopius, omnino recusauit. Vt cunque res habeat, constat hercle eum post multas uictorias, & peractos triūphos, exitum tandem habuisse magnis plerumque uiris, & optime de republic. meritis cōmunem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat auctoritas, odio, quin potius inuidia, seu ueteris (vt dixi) belli suspicione excæcatus est, eidemque oculi crudeliter exempti: qui tam graui tamque iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope uia constituit fecit, in quo reliquum uitæ transigeret, uictum queritans, & hoc subinde prætereuntibus dictitans: Date stipem Belisario, quē rerum prospere gestarum magnitudo extulit, inimicorum inuidia excæcauit. Hæc Procop. & Pet. Crinitus. Ammonius uero monachus scribit reuocatum quidem à Iustiniano per inuidiam fuisse Belisarium, ac patriciaris dignitate priuatum. qui cum priuatā agens uitam, duodecim milia hominum semper secum haberet, Iustinianum Imperio à Floriano deiectum restituit, atque ob id in Iustiniani gratiam rediisse, Italiāque denuo cum exercitu aduersus Francos petiisse, & ad postremum cum paucis contra multos Francos fortiter magis quàm prudenter præstantem occubisse, & qui multarum sub triumpho gentium captiuos adduxerat reges, à Francorum legato uictū, uita simul & nominis sui gloria spoliatum esse. Qua in re tantum abest vt Ammonio accedam, vt nihil minus credam. Veti enim mihi simile non est, Belisarium à Iustiniano reuocatum, belli missionē turpiter ac ignominiose passum, omnibusque dignitatibus priuatum, duodecim milia hominum alere uel consueuisse, uel potuisse: vt pote cui ex facultates uix esse poterant, vt tantum hominum toleraret: nec si tantæ fuisset, permississe Iustinianum credam. Fuit autem Belisarius uir alioquin militaris disciplinæ peritissimus, tantæ ad hæc comitate, quanta dux uilius ætatis, quod sciam, nullus: vt iuxta diuini inopique comis facillime semper occurreret.

Roma rerū
domina.

Gotthi Belisarium regē
face uoluerunt.

Belisarius
excæcatus.

Belisarij
laus.

occurreret. Exegit hic à militibus seuerè abstinentiã, vt ne ex humili quidem plebe pateretur violari quẽquam, nec militaribus viris ex arboribus fruges pomãve temere decerpi. Hęc disciplina militaris seueritas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab insolenti milite, quales hodie nostrates omneis fere videas, consequi possis? Porro subuersa militiã disciplina (cum id militi licuit quod libuit) nihil expectari potest aliud in castris, quã seditio, quã pauor, fuga, seruitus, & iniectũ ceruicibus iugum. Iam & in eo non paruum bellicæ virtutis exemplum extitit Belisarius, quod octo circiter Græcorum milia eius ductu ducenta fere Gotthorum milia ex Italiã possessione propemodum deiecerunt. Et cum bello talis esset Belisarius, religio pietatque præcipuã illi curã fuit. intulit enim ex Vandalorum, vt diximus, manibus Crucem auream centum pondo, gemmis distinctã, beati Petri templo, Cerostrata item duo magni precij. Edificauit ære suo xenodochia duo, Fanum quoq; vnũ, prædiisque ditauit. de cuius laudibus ita scribit Suidas: Belisarius dux corporis tum pulchritudine, tum proceritate, ac faciei formositate facillè omnes superabat, facillè & accessibilem vniciuique se præbens allocuturo, adeo vt pauperi & inglorio cuique similis esset. Amor eius in milites, & agricolas, in expugnabilis: in milites quidem, omnium maxime sui tẽporis dona largiebatur. in agricolas tanta parsimonia ac prouidentia utebatur, vt bellatè Belisario nullum vnquam violari contigerit. Vendebantur enim ab ipsis omnia venalia iuxta sententiam. Segetibus vero florentibus diligenter cauebat, ne alicuius præteritis iumentum eas depasceret. Fructus autem in arboribus maturos existẽtes nulli omnino tangere licebat. Fuit insuper prudens, & valde fortis. Et in Belisario hęc quidem fuere virtutes. Cæteri Iustiniani, præter Narsetem, duces, qui post illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi, consilio, comitate, abstinentia: quo cõtingit, vt breui cum ipso duce belli quoque fortuna sit marta. Alij dicunt non dignitate priuatum Belisarium, sed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iustinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam reuocatum, idq; Pomp. Letus & Anto. Sabell. literarum monumentis tradidere. Eo autem in Græciam abscedente Germanus patricius Iustiniani Augusti frater patruelis, vir impiger, & militari disciplina clarus, contra Totilam (qui absente Belisario Romam receperat, & eam instaurare, ciuẽsque reuocare studebat) missus, in Illyria morbo occubuit: in cuius locũ Narfes eunuchus à Iustiniano suffectus, Totilam primũ, deinde Theiam reges superauit & occidit. Valebat hic Narfes plurimũ gratia apud Augustum: administrabatq; eius aulã arbitrio suo: vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem consilio, sed religione ac pietate maior, qui multo plura sit votis consecutus, quã vi & armis.

Iustinianus haud multo post quã Italia à Gothis, à Vandalis vero Africa armis vindicata est, atque adeo postquam omnis Lybia Romano imperio reddita, multatque præterea ab eo interim, bella feliciter gesta (vt eius gloria domi iuxta forisq; conspicua esset) ad ciuilẽ Reipub. statum in primis reparandum animũ appulit: & imensam legum congeriem ad communem studiosorum vsũ in breuem coartauit formam, cum incondita prius & sparsa ciuilibus illa iuris corpulẽtia obrueret magis adlescentum studia, quã instrueret. Nam ad duos fere milia librorũ volumina in quinquaginta libros digessit. horum congestum Digesta appellant. Sunt qui Pandectas vocent, quod iuris scientiã omnimodam continent doctrinã. Edidit & Epitomen legum, partitus materiã alioquin vberissimam, in quatuor libros, Institutiones passim vocat. Nouas quoque leges, quas ipse statuerat, in vnũ codicem redegit, Nouellãque nuncupari voluit: hodie

Voluntatis nomen sibi vindicat. Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim voluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros: Iustiniani Codicem vulgo nuncupant. Ex prædictis igitur palam est, Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gothos Vandalosque gessisse, atque his prospere cõfectis, immensa veteris prudentiã volumina in epitomen redegisse: id quod ipse etiam testatur in proœ. Instit. §. quorum vtrãque. ibi, post tanta temporũ spatia. & in. l. ij. in prin. ibi, post bella enim Parthica &c. C. de vete. iur. enucle. & in. l. j. merito igitur. C. de Iustinia. co. confit. Nec obft. C. de emenda. codic. do. Iustin. in princip. §. igitur. vbi Accursius adferit Iustinianum leges prius emendasse, quã arma tractasse. Nam licet in ipso imperij sui initio leges antea sparsas in vnũ corpus colligere proposuerit, cõperitq; bellis tamẽ uariis ab instituto auocatus, nihil ille perfectum aut absolutum reliquit, præter veterem illum Codicem, quẽ finitis postea bellis, substituto illi nouo Codice penitus abrogauit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem seruauit. Nam antequam bella gereret Iustinianus, Codicem illum qui à nobis nunc defideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hermogeniano Codicibus edidit dein bellis ab eo gestis, ex multis legum milibus quinquaginta Digestorum libros cõtraxit. Tertio Institutiones ciuiles. Inde cum qui hodie circumfertur Codicem diuulgauit, ac demum Nouellas, seu paruum (quod vocant) volumen in lucẽ emisit vt recte scripsit Accursius in proœmio Instit. s. j. Hęc de iuris structura à Iustiniano compacta Pomponius Lætus cæteri q; penè omnes historiarum scriptores memoriã prodiderunt. Addunt Anto. Sabel. & Platina in Bonifacio secundo, Iustinianum ipsum non modo iura condidisse, sed de Christi quoque incarnatione pie simul & eleganter scripsisse. Cæterum tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse cõdita, vt eum ne elementarium quidem fuisse, sed prorsus alphabeterum scripsisset, Quod si ita habet res, fieri mehercle non potest, vt homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem nouit literas, tot veterum Iuriconsultorum scripta intellexerit, totq; leges callere, & in ordinem redigere potuerit. Cõsequens igitur esse dicemus, non Iustinianum (vt pote literarum omnino expertem, iurisq; ciuilibus prorsus imperitum, inter porcos & armẽta genitum, natum & educatum) sed Tribonianum eius quæstorẽ, virum doctissimũ, Pandectarum fuisse totiusque iuris architectum: quod & ipse in proœmio Institutionum Distectorũque plane testatus est. Multum itaque debet cum in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo, inclytis belli ducibus: tum verò in ciuilibus Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinae viris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi militiãq; famigeratam reddiderunt. Nam cum nulli vnquam interfuerit bello, nec legem nouerit vllã, multas tamen de hostibus victorias cum retulisse, iuraq; cõdidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Qua ex re maiorem retulisset gloriam Iustinianus, quã si imperij fines longius protraxisset: nihilque ei ad summã defuisset laudem, si fons publici priuatique iuris iniquo & pestilenti auctore caruisset, id est si non Triboniani viri mehercle improbi impiique opera in condẽdis legibus vsus fuisset Iustinianus. Quod sane effecit, vt eius inconstantia non parũ sugillaretur. Nam, vt ait Suidas, Tribonianus Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Christiana, adulator, &ceptor, & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem appetiturum, sed in cœlũ vna cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturã po-

Germanus patricius. Iustin. frater patruelis.

Narfes eunuchus.

Iustinianus leges in epitome redegit.

Digesta. Pandectæ.

Institutiones.

Nouellæ.

Volumen.

Codex Iustiniani.

Codices duos fecit Iustinianus. Ordo librorum iuris.

Codex veter.

Digesta. Institutiones. Codex nouus. Nouellæ.

Iustinianus scripsit de incarnatione Christi. Suidas

Iustinianus inter porcos & armẽta genitus & educatus. Tribonianus iuris architectus.

Iustinianus nec bellum gessit vllum nec legem nouit.

Triboniana.

tentia & dotibus pollens, ad t̄at̄um eruditionis fastigium peruenit, vt nemini sui temporis facundia & eruditione cederet. Ceterum studio auaritiæ vsque adeo deditus, vt ius fasque venale haberet, singulis diebus (vt plurimum) leges irritas ac ratas faciens: prout vsus eorū à quibus pecunias acceperat, requirebat: cū annos multos in honore vixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper quoad vixit feliciter incumbens, nec ob id vlla prorsus iniuria ab aliquo affectus, quod scilicet sermone blādo comique erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facile obscuraret. Procopius tamē libro belli Parthici primo refert fuisse Tribonianum vnā cum Ioan̄ne, vt populi seditiones ad tempus sedaret, à Iustiniano quandoq; deiectum: vt non absimilem illi fuisse arbitretur, quem Virgilius libro sexto notat, qui leges fixit precio, atq; refixit. Qui Procopius cum Proclū laudare, vellet, Erat, inquit, Proclus imperatoris adfessor, magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo neque aliquam legem in alicuius gratiā cōscripsit, vt iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debeat, tamen si eum Iustinianus vbiq; laudaret, verū facile est indolito imponere regi. Adde quod Tribonianus, & qui cum eo operam cōsarcinandi Iuris ciuilibus dederūt, immensam illam legum multitudinē, inclementium medicorum more, ad viuum refecantes, accisas nobis Pandectas verius, quā compēdiosas (vt Gulielmus Bud. vir doctissimus rectissime scribit) dederunt: nimia enim religione verentes ne de fece (vt dicitur) duodecim tab. hausisset aliquid videretur, id est de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum deliquido tātum & nitido promere volūt, aridiora proculdubio volumina, nec sitim quorundam satis expleantia, reliquerunt: prorsus vt in Pandectis struendis dormitasse verius credatur, quā rectē aliquid & cōpendiose digessisse. Iustinianus anno ex quo imperare cœpit, quadragesimo, vel vt aliis placet, vnde quadragesimo, cū annum agēs quadragesimū imperij habenas suscepisset, amens & stultus iam pridē factus, in ægritudine tandem incidēs, Iustinum ex filia nepotem, cōsortem imperij fecit, caputq; eius diademate ornauit, fortunæque fauentis signum in eius cubiculum misit: nec multo post ingruente morbo nō sanus mente decessit. Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, veterē Romani imperij gloriā inclinatā iā propē & lapsam, in pristinā vindicauit maiestatem, eamq; mirum in modum auxit, & firmiorē quā antea reddidit, maximus certē & augustissimus princeps nisi auaritiæ & delirij Eutyechiani reus fuisset. Nam licet in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit atque Christianissimus, auctoribus Suida Græco, ac Ioan̄ne. ij. Pontifice Maximo in epistola, inter claras. in fi. C. de summa trinitate & fide catholica & eius nomē Ioā. Fab. in sanctorū catalogo apud historicos scriptum se legisse dicat, vulgōque id multis iam seculis in Aureliorū, aliisq; iuris ciuilibus scholis receptum sit, (earum videlicet Bidellis Iustinianum inter diuos relatū palā proclamantibus) graui tamē postea hæresis Eutyechianæ infamia respersus est, cum prius Chalcedonēse cōcilium (quo ipsius Eutyechetis opinio damnata est) probare se adseruisset, literis hac de re vnā cum munetibus ad Ioan̄nē, eum quē nuper dixi secūm, publice missis. Quod & ipsemet testatur in l. iij. ad finem. C. de summa trinitate & fide catholica, & in authent. de eccl. tit. coll. ix. A quo Agapetus primus pontifex maximus ad eum à Theodato Gottho ad excusandā Amalasinthæ mortē orator missus, de Eutyechiana hæresi diu tentatus, constantissime renuēdo dixisse fertur: Ego ad Christianissimū principē venire optaui, sed Diocletianum inueni. Qua sermonis libertate effecit, vt permotus princeps ad sanitatem redierit, Anthemiumq; eius auctorem mali, Constantinopolitanum præ-

sulem, in exilium miserit, & Memnam catholicū in eius locum suffecerit. In quam tamen hæresim haud ita multo post relapsus esse eum in confesso est, instigante præfertim Theodora Augusta, & Triboniano eius quæstore, Theodora. viro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc siquidem Theodora cū Syluerio pontifici, mortuo Agapeto, iussisset, vt pulso Menna Constantinopolitano antistite, Anthemium ab exilio reuocaret, idq; negasset Syluerius se facturū, quod pontificia dignitate incolumi præstari non posset, excāduiit fœmina insolēs, & quæ sibi nihil nō licere arbitrabatur: scripsitq; ad Belisarium, vt Syluerio pulso Vigilium diaconum (cuius impulsu Anthemium restitui Theodora petebat) in eius locū substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negociū dat: quæ subornatis à Vigilio testibus (qui Syluerium dicerent confilia agitate de vrbe Romana Gotthis prodenda) hominem cogit se dignitate abdicare, palliōque deposito monastica se cuculla induere: sicque in Pōtiam relegatus insulam, breui post tempore decessit, ac tandem in martyrum ordinem relatus est: cuius festum celebratur duodecimo Kalendas Iulias. Qui Syluerij legendam (quam vocant) scripsere, dicunt eum ab æmulis accusatū, quod per literas & nūcios Vitigi pollicitus esset, Asinariam se Gotthis portam noctu patefacturū, Lateranēsi domui, quam tum pōtifex incolebat, proximam: eamque ob rem à Belisario appellatum: ibique accidisse, vt cum Syluerius ad ducem veniret, asideret ille Antoninæ coniugis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc è via, & vt est mulierum in potestatibus intemperies, insolēsq; & importuna loquacitas, vbi hæc Syluerium ad se venientem vidit, procul stolidā voce correptū inlamar, Quo meo, bone vir, quōve Belisarij mei merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa. ac ne potestate quidem Syluerio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit: ac seponi iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palām non iubete, ne inconstantia argueretur, cum & ipse Anthemium in exilium misisset, sed conuienter omnia ferente. Syluerio ergo ad hunc modum Vigilij fraude & calumnia relegato, Vigilium ipse ex Theodora Augusta & Antoninæ Belisarij coniugis sententia pōtificiam sedem arripuit: qui cum in creatione sua Theodora imperatrici promississet reuocaturum se Anthemium, paulo ante (vt dictum est) ob hæresim Eutyechianam à Constantinopoleos pontificatu pulsum, cœpit imperiosa mulier instare, vt Anthemium restitueret: quod se facturū Vigilium cum pertinaciter negaret, malis promissis stādum non esse adferens: indignata Theodora Vigilium vi ad se adductū, & fœminæ mandata facere nolentē, ita cædi iussit, vt parum ab intereione abfuerit: eumq; in Euphemie templum furtim elapsū, & inde à tortoribus violēter extractū, iniectōq; in eius collum laqueo, per totam vrbe ad vesperā vsq; distractū, tandem in carceres mitti præcepit, vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem qui eum secuti fuerāt, partim in exilium acti, partim verō in metalla damnati sunt. Tam fœdam ignominiam, & verbera, & laqueos, & carceres passus est Vigilium in domo principali, Iustiniano ipso (qui paulo ante venientē eum Cōstantinopolim summa cum veneratione exceperat, ac præcedēte clero & populo ad angustissimum Sophiæ tēplum perducī iusserat (vt par est credere) audiente, sed vidēte etiam, & patienter ferēte. Adde quod cum alterum iam annum penē exactū in vinculis fuisset Vigilium, tentauit Iustinianus per Pelagiū, Pelagiū. qui Roma ad eum venerat rogandū vt Totilam ab euer tēda vrbe Romana auerteret, hēctere eius animū vt Anthemium restitueret, ad postremum, quia sententiā mutare noluit, flagro adhibitus est permissu principis, ac per vrbe iterum laqueo distractus, & demum in carceres reiectus.

Proclus.

Antonina
Belisarii
vxor Syue-
rium ponti-
ficatu pri-
uat.Asinaria
porta.Mulierum
intēperies.Iustinianus
amens in-
terit.Iustinianus
hæreticus.

reiectus. inde plures annos in vinculis fuit Vigilus, nec prius solutus, quā Narfes extramā manum rebus Gothicis imposuit. Hæc ideo scripsi, vt intelligat cupida legum inuentus, nō tam piū fuisse Iustinianū, quā Ioanis Fab. scripta predicant. Verū fertur ipse Iustinianus inclināte iam & ingrauescente eius ætate parum fuisse, vt diximus mentis compos: quam nacta occasione Theodora Augusta, vt est mulierum animus gloriæ & principatus appetens, magnam administrationis partem ad se trahebat. Inciderunt in Iustiniani huius principatum, administrationes pontificum Romanorum septem, quorū primus Felix quartus, qui vt morientes vngerentur Instituit. Bonifacius item secundus, qui sanxit, ne episcopus sibi sacerdotij successorem legeret, & prophanā à clero plebem, cum res fieret diuina, discreuit. Tertio loco Ioan. secundus, qui Anthemium hæreticum Cōstantinopoleos Archiepiscopus damnauit, cuius Iustinianus dānationem per literas publicè laudauit. l. iij. §. suscipimus. versic. & sanctorū patrū. C. de sum. trini. & fide catholica. & grandia ad eū misit dona, aureū scyphum gemmis ornatum, & alia multi precij munera, quæ Vaticano tēplo illata sūt Verum eo mortuo Iustinianus mutata mox volūtate in Eutychnā hæresim lapsus, eam constantissimè eatenus amplexus est, donec ipsum Agapetus ad verā reduxit fidem, quam nec ille diu integram serauit. Hic est ille Ioānes, qui scripsit epistolā. Inter claras. C. de sum. trinit. & fide catho. Agapetus quoq; primus, quem à Theodato Gotthorum rege ad Iustinianum imperatōrē (qui Amalasiūthæ reginæ vltioni imminebat) missum fuisse nuper diximus, eūque ab hæresi Eutychna ad orthodoxā reuocauit fidē: quo vita functo iterum desipuit Iustinianus. Ad hæc Syluerius primus, vir sanctus, qui calumniā passus est apud Belisariū accusante Vigilio diacono, vt paulo antè à nobis scriptum est. Dein & Vigilus ipse eius nominis primus, quē nuper memini variis contumeliis verberibūque iussu Theodoræ fuisse affectum, quod Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet: in quibus & extinctum eum, veterē calūniæ culpam optimo sine cōpensasse scribit Raphael Volater. Alij non extinctū scribunt, sed longo carcere fuisse detentum, ac tadē Narsetis precibus liberatum, Romamque reuertentem calculi morbo Syracusis periisse. Ab hoc Vigilio synodus quinta Constantinopoli, Iustiniano adhuc in humanis agentibus celebrata est, vbi contra Theodorum coriarum statutum fuit, vt virgo Maria ~~de qua~~ id est deipara seu dei mater appellaretur, anno à Christi Natali. 540. Vnde & diuā Annam Theotoci, id est dei genitricis matrē esse recte dicimus, licet in ecclesiasticis illis libris, quæ breuiaria vulgo appellant, Theodoci matrē eam esse corrupte scriptum sit. Quod si vera sunt hæc, quæ de quinta synodo auctore eodē Vigilio sub Iustiniani principatu congregata scripsimus (sicuti certe verissima esse nemo nescit literatus) à fide haud dubiè abhorrent, ac velut ex diametro distant, quæ de eadem re in literas misit Gratiannus in decretis canonicis. is nanque non Vigilij pontifica

tu, sed Iulij, quintam ipsam synodum vniuersalem fuisse coactam auctor esse fertur. in. c. sexta. & c. seq. §. quinta. xvj. distinct. Quod nulla ratione fieri potuisse, tam me hercle palam est, quā cæli sidera clara. Nam duo tantū pontifices maximi, Iulij nomen fuere adepti, quorum vterque multis à Iustiniano distat seculis. de Iulio enim vterque nihil ambigitur, quippe quem vidimus ipsi nō genis amplius post Iustinianum annis. Priorē autem Iulium Constantini magni principatus habuit, qui lōgo temporis interuallo eum quem nuper dixi Iustinianum antecessit, inter quem & Iustiniani Imperij primordia, viginti in tercessere Romani pontifices. Ex quo constat quintum concilium non Iulio præside (ve sentire videtur Gratianus) sed Vigilio Iustiniani contemporaneo fuisse indictū. Cæterum malim ego dicere textum in dicto §. quinta. esse corruptum, & expuncta inibi dictione, Iulij, in eius locum, Vigilij verbum esse substituendum, quā fateri tantum virum tam scæde in re maxime aperta fuisse lapsum. Simili errore laborauit Paulus Diaconus, in Iustiniano minore quintā synodum tempore Iulij factam fuisse falso adserens. Vigilio itavt proximo est loco à nobis proditum, vita functo, Pelagius primus extremis Iustiniani temporibus sacram Romæ tenuit sedē: qui vt clerici septem horas canonicas (pensum seruitutis ecclesiasticæ) quotidie obirent, cōstituit, & vt hæretici secularium manu cererētur, si ad sanitatē trahi aliter nō possent. Coniiciūtur in principis huius tēpora viri ingenio & eruditione illustres, Cassiodorus Rauenas, qui ex consule monasticā amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis scripsit, cum multa prius de republica scripsisset senator. Priscianus Cæsariensis, qui in Grammatica arte tam multa scripsit, quā nemo ante eum alius. Arator carminum conditor, quibus euāgelicam est historiam complexus. Iustinianus Valentianæ ecclesiæ antistes, rerum diuinarū studio non obscurum nomen adeptus. Dionysius abbas, qui Romæ paschalē calculum mira arte cōposuit. Probantur & Facundi scripta ea tempestate in Eutychnianis edita. Adde & Amalasiūthā Athalarici Gotthorum regis matrem, cui tantam fuisse indolem scribit Cassiodorus, vt sine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquentē, cū Græce Latinēque sciret egregie, & linguas omnium gētium teneret, quibus aliquid adhuc cōmercij fuit cum populo Romano: quæ cum filiū bonis artibus moribūque instituere conata esset, optimo eius consilio nihil ei obstiterit, ac eorum qui puerum regebant, auaritia. nihil minus ad suas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quā frugi & moderatum habere principē. Habuit ilud Iustiniani seculum & viros sanctitate claros Benedictum monasticæ vitæ institutorē in Cassino monte. Maurum eius discipulū in Gallia. Germanum & Genouesā Parisiis. Apud Scotos Brigidam. In Italia Syluerium pontificem martyrij lauream sub eodē Iustiniano adeptum: ac demum Clodoueam primum Gallorum regem Christianum, qui sub ipso ineuntis Iustiniani principatus articulo fatalem obiit diem.

Mulier principatus appetens

Vigilij mors.

Synodus quinta.

Correctus locus in vita diuæ Annæ.

Gratiannus quibusdam videtur lapsus.

Pauli Diaconi lapsus.

Viri illustres tempore Iustiniani.

Amalasiūtha regina Græce Latineque docta.

Auaritia aulicorum principi perniciosa.

FINIS.

PARISIIS.

Ex Typographia Olinarij de Harfy, pro honestissimo viro
Sebastiano Niuelio, Anno domini,
M. D. LXXVI.



Melior de los Reyes